

Nobili e clariss.o Viro
Domino Hieronimo
Nadler I.V.D. ac Cancel
lario Ferdinandi, ducis
Bavariae duo e amico
suo observando Author dd.

~~Gaill~~

Gaill

TRACTATVS DE
MANVVM
INIECTIONIBVS, IMPEDIMENTIS, SIVE ARRESTIS IMPERII.

AVTORE

D. ANDREA GAILL, I. C.
PRAECLARISSIMO, CAES. MAIEST.
Consiliario, atque Reuerendissimi & Illustrissimi
Archiepiscopi Coloniensis, & Principis
Electoris, &c. Cancellario.

Nunc primùm in lucem editus.

Adiecta sunt Summaria Indexq; Verborum, Rerum, Sententiarumque insignium, copiosus.

CICERO,

Inuidia Virtute parta, non inuidia, sed gloria est.




COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote. M. D. LXXXVI.
Cum priuileg. Cæs. Maiest. ad sexennium.

Priuilegij Cæsarei Summa.

RVDOLPHI Secundi Romanorum Imperatoris semper Augusti publico Edicto cautum & sancitum est, ne quis alius in vniuerso Romanorum Imperio, præter Ioannem Gymnicum Typographum Coloniensem, Menochij Volumina de Arbitrarijs Iudicum, tum quoq; eiusdem Possessorios Tractatus, & Consiliorum Tomos completos, aut alia quæcunq; probatorum Authorum Opera, quotquot vel hactenùs nondùm impressa, aut ab alijs quidem impressa, nouis autem deinceps scholijs, annotationibus, aut commentarijs aucta, & illustrata præfatus Gymnicus primus typis procuderit, intra proximum Sexennium, à prima cuiusque operis aut voluminis editione, vllo pacto, eiusdem vel diuersi characteris forma excudat, aut excusa ab alijs intra nostros Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat, manifestè vel occultè, sub pœnâ decem Marcharũ auri puri, quarum dimidia fisco nostro Imperiali, fraudis vindici, residuâ verò, prænominato Gymnico cedat, præter librorum, ad imitationem impressorum amissionem, quos idem Gymnicus vbicunque locorum nactus fuerit, per se vel suos, adiumento magistratus loci, vel citra, propria authoritate sibi vindicare, inq; suam potestatem redigere potest. In cuius rei fidem ipsi Edicto, manu subscripsit & sigillũ apponi iussit Cæsarea Maiestas. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Ratispona, die vigesimaprima mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, quingentesimo, septuagesimo sexto.

Rudolphus

V. Io. Bap. Weber.



Ad mandatum sacræ Cæsareæ Maiest. proprium.


A. Ernstberger.

INVICTISSIMO
ROMANORVM IMPE-
RATORI RVDOLPHO II.
SEMPER AVGVSTO,
ET
SACRI IMPERII
ORDINIBVS,
DEVOTISSIME
DEDICA-
TVM.

CANDIDO LECTORI.


PRAETER opinionem accidit, Candide Lector: quòd hunc Tractatũ de Arrestis Imperij, singulari libello publicum fecerim, quem initiò, cùm operi manum admouerem, Tractatui de Pignorationibus, quo propriè spectat, adijcere decreueram. Sed cùm pro re nata, opus opinione altius surgeret, & longius produceretur: adeóq; variæ quæstiones inter colligendum inciderent, quæ tempori & materiæ subiectæ vtiliter inseruirent: operæpretium me facturum putaui, si separato libello, hos meos labores typis mandarem: ita tamen, vt prioribus meis Obseruationibus in hac quarta editione, commodè adiungi, & colligari possent, in quibus si quid sit, quod tibi vtilitati, & vsui esse queat, id grato accipe animo, memineriśq; iterum, nihil à me dictum esse, quod non sit dictum prius, neque enim ita ambitiosus, cupiduśq; gloriæ sum, vt aliorum labores, meis infarcire, meq; alienis plumis exornare cupiam, etsi hoc mihi quidam, sed falsò, obiecerit: de cuius calumnia ad iudicium bonorum virorum honoris mei tuendi gratia, publicè prouocaui. Tu verò, Candide Lector, omnia benè verte, & fœliciter vale. Datum Coloniæ, Calend. Februarij, 1586.

INDEX



ANDREAE GAIL F. I

Nobile Stemma vide, Reg
Cum galea, tangit quam
Puniceasq; Rosas, & olenti
Hæc sunt à Proauis signa



)E INSIGNIIS PARENTIS.

um diadema, patente
ı ſuper ala duplex.
ı Lilia: Patris
relicta mei.

INDEX ARGVMENTORVM QVAE IN HOC TRACTATV DE ARRESTIS IMPERII HABENTVR.

CAPVT PRIMVM.

10 De Arrestis Dominorum contra Subditos contumaces, & de amissione priuilegiorum ob delictum.
11 De Arrestis iuris Licitis.
12 An per Arrestum, possessio rei Arrestatæ tollatur.
13 An in relaxatione Arrestorum omnis rei Arrestatę vtilitas in restitutionem veniat.
14 An iniquè Arrestatus contra Arrestatorem, vel Iudicem iniuriarum agere possit. Item de exceptionibus paritionem in causa Arrestorum impedientibus.

TRACTA-

TRACTATVS DE MANVVM INIECTIONIBVS, IMPEDIMENTIS, SIVE ARRESTIS IMPERII.

CAPVT I.

Quòd Arresta regulariter interdicta sint.

SVMMARIA.

1 *Arrestum, Barbarum Vocabulum est.*
2 *Latinè manus iniectio dicitur.*
3 *Vel impedimentum.*
4 *Annotatio bonorum Arrestis assimilatur.*
5 *Annotatio bonorum in criminalibus propriè locum habet.*
6 *Verba Statutorum secundum communem loquendi vsum intelligenda sunt.*
7 *Arresta iudicialia cur de iure prohibita: Sed conuentionalia licita sunt.*
8 *Possessionis magnum est commodum.*
9 *Pro Iudice præsumitur, si iuris ordine seruato procedat, aliàs secùs.*
10 *Arrestum est species executionis.*
11 *Iudex Arresta impèritè præcipitare non debet.*
12 *Consuetudo Germaniæ de concedendis Arrestis, cum temperamento rationis intelligenda.*
Præcipitatio, Nouerca iustitiæ est. ibid.
13 *Arresta Imperij quibus personis conueniant.*
14 *Sedes materiæ Arrestorum.*
15 *Arresta Germaniæ, sunt instar Realium Citationum.*
16 *Cautio de damno infecto, cur introducta.*
17 *Secundum decretum quandò interponendum.*

18 *Primum decretum est secundi præparatorium.*
19 *Iussus iudicis in secundo decreto, loco tituli habetur.*
20 *Factum iudicis repræsentat factum partis.*
21 *Arresta an cum missione in possessionem aliquid commune habeant.*
22 *Possessio violenta & clandestina nihil possessori prodest.*
23 *Cautelarij culpantur, quod captiosis cautelis in fraudem cohæredum vtantur.*



ERTIS, & grauibus de causis adductus, quartæ editioni mearum Obseruationum nouum hunc, sed breuem TRACTATVM DE ARRESTIS IMPERII, in Camera Imperiali vsu quotidiano frequẽtissimum, & ad librum singularem DE PIGNORATIONIBVS præcipuè pertinentem, & communem, sicut Cap. seq. videre est: vtiliter, vti spero, adieci, quẽ, vt Domini Camerales, necnõ beneuoli Lectores, æqui boniq; consulant, & si quid propter diuturnã meam à Camera absentiã, à stylo alienum sit, benè vertant, vehemẽter etiam atq; etiam rogo. Etsi verò materia hæc, extra Imperium, quóad forũ Iudicij Cameræ Imperialis parum cognita sit, habebunt tamen exteri fortassis etiam aliquid, quod ipsis possit esse vsui, & oblectamẽto. SCIRE itaq; imprimis oportet, Ar-
1 restum, † barbarũ esse vocabulum, vsu tamen quotidiano in foro & iudicijs, vbiq; in Germania notum & receptũ: Vulgariter In verbott legen/anhalten/ zuschlagen/ die güter oder personen bekümmern / vnd verbieten lassen.
2 Latinè † verò, manuum iniectionem dici, & tam rebus, quàm personis cõuenire, teste Budæo in l. fi. ff. de Senatorib. vbi dicit, manus inijci in aliquem, vel eius bona, vel merces aliquas, quãdo inde abire, vel res inde moueri authoritate aliqua vetantur. Cuius manus iniectionis fit mentio in l. sed si hac. ff. de in ius vocand. & in l. pen. ff. de seruis export. tex. in l. si quis Curialis. C. de episc. & cleri.

& in

& in l.generali, C.de decurionib. lib.10. Lucas de Penna in l.si coloni, versic.sextò quæritur, C.de agrico.& censi. lib.11.Molinæ.verò in Consuetud. Parisien.part.2.gloss.1. in verbo, arrest.num.1. Arresta, latinè Impedimenta † dici posse existimat. Galli autem Arresta supremorum Tribunalium sententias, siue Placita vocant, teste eod.Molinæo loco citato. de quibus latè Papon de Arrestis Curiæ Franciæ per discursum. Chassan. verò in Consuetudines Burgundiæ, tit.des confiscations.Rubri.2.nume.10.bonorum annotationem, † Arrestis assimilat, quando videlicet impedimentum, siue Arrestum datur in bonis debitoris, ex delicto propter absentiam suam, vtputà, quãdo absenti crimina grauia intentantur, qui citatus ad purgandum se, ad iudicium contumaciter venire non vult, tot. tit.ff.& C.de requir.reis.Sed huiusmodi Arresta criminalia, siue bonorum impedimenta, Constitutioni Arrestorum non conueniunt, quia Constitutio illa tantùm in causis ciuilibus, non autem criminalibus obtinet. Nam annotatio † bonorum ideò comparata est, vt si annotatus intra annum non compareat, & se à crimine intentato purget, procedi posit ad publicationem bonorũ in contumaciam absentis, propter contemptum iudicis, néue delicta impunita maneant, per vulgaria. Quod est intelligendum de grauioribus delictis, non de leuioribus, in quibus annotatio bonorum nõ procedit, sed ad mulctam agitur etiam contra absentem, secundùm communem opinionem, vt dicit Bald.in l.absentem, in fine, C.de accusat. Iulius Clar.in practi.criminali, §.fina. quæstio.44. num.2.per tex.in c.tuæ fraternitatis, vt lite non contesta. gloss.ibid.in verbo, in possessionem. Panormita. in c.veritatis, num.20.de dolo & contum. vbi concludit, in leuioribus delictis missionem ex primo, vel secundo decreto, non habere locum, neque etiam annotationem bonorum, sed ad impositionem mulctę procedi, & tex.in l.1.& 2. C.de requir.reis, de grauioribus delictis, quando pœna irroganda maior sit relegatione, & sic corporis afflictiua intelligendum, gloss.in d.l.1. C.de requir.reis. in verbo, grauia, tex.in d.l.1.ff.eod.tit. ibi, si autem grauius.& in l.

absentem.§.1.versic. si sępiùs.ff.de pœnis. Retento tamen ob vsus frequentiā, vulgari vocabulo, (sicut fieri debet in
6 interpretatione Statutorum,† quę secundùm communē loquendi vsum accipienda & intelligenda sunt, per text. in c.quamuis, de verbor.signific.ibi, vsus tamen obtinuit, & in l.fin.C.de his qui veni.ętat.impetr.tex.in l.Labeo. §.idem Tubero.ff.de suppell.legat.& in l.1.ff.de vsur.ibi, ex more regionis, vbi contractum est, tex.in l.liberorum, §.quod tamen Celsus.ff.de lega.3. & in l. in vulgari. ff.de verbor.signific.ibi, sed tamen vulgari sermone, text.in l. 3.§.fin.ff.de testib. & in l.cùm solitum.C.de senten.& interloc.omn.iudi. Ias.ad Rub.nu.7. ff.de noui ope.nunc.) retento, inquam, vsitato arrestorum vocabulo, obseruandum est, omnia Arresta, siue Impedimenta in casibus ci-
7 uilibus de iure communi regulariter † prohibita esse, per tex.in c.2.de sequestrat.possess.& fruct. Panormita. ibid. per totum, text.in c.cùm teneamur, de appellat. & in l.vnica.C.de prohib.pecu.sequest.tex.in l.nulla, ff.de re iudic.& in l.negantes. C.de actio.& obligatio. & in l.fina. C.de execut.rei iudica. Ferrar.in forma sequestri, seu saxamenti, num.3. quod est intelligendum de Arrestis necessarijs, siue iudicialibus, quæ iudicis decreto & licentia decernuntur: secùs est in Arrestis conuentionalibus, siue voluntarijs, quæ ex conuentione partium conceduntur, nam illa de iure prohibita non sunt, quia huiusmodi conuētiones in pactum venire possunt, pacta autem Prętor seruari iubet, tex.in l.1.& in l. iurisgentium. §.prætor ait.ff.de pact. In hoc igitur Tractatu Arrestorum de iudicialibus, siue necessarijs Arrestis, quæ sine causæ cognitione præcipitanter fiunt, agitur, illa enim regulariter in-
8 terdicta sunt. Ratio † prohibitionis est, commodū possessionis, quod in perceptione fructuum consistit, text.in §. retinendę. Instit.de interdict.quo commodo nemo indicta causa, ne à iudice quidem, priuandus est, tex.in.c.conquerente, vbi latè Panorm.num.7.de restit.spol.& in l.fi. C.si per vim, vel alio modo.& in d.l.vnic.C.de prohi.pecu.sequest.etiamsi iniusta sit possessio. Iusta enim vel iniusta aduersus cęteros sit possessio, nihil refert: qualiscunque

que enim possessor hoc ipso, quòd possessor est, plus iuris habet, quàm ille, qui non possidet, ita tex. in l. iusta, ff. vti possid. Proindè vim facere dicitur, qui liberam possessionem alteri non relinquit, tex. in l. vim facit. ff. de vi & vi arm. Et eatenùs † pro iudicis processu, & mandato ipsius 9
pręsumitur, quatenùs iudicialiter, iuris ordine seruato, processerit, tex. in d. c. conquerente. & in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iud. tex. in l. factum à iudice. ff. de reg. iur. aliâs pro priuato reputatur, tex. in l. prohibitum est. C. de iure fisc. lib. 10. & in c. cùm causa, in fin. de offic. iudic. deleg. & pręceptum eius, siue mandatum non valet, neq; excusat percipientem à restitutione fructuum perceptorum, tex. in d. l. factum à iudice. Sic quoque missio in possessionem authoritate iudicis inordinatè facta, nihil habet momenti, neq; decretum eius iniustum, à pœna legis, vel statuti excusat, vt hęc omnia cumulat Ias. in l. iustè possidet, nu. 24. cum seq. ff. de acqui. & amit. poss. Menoch. in 8. remed. recuperan. possess. nu. 3. cum seq. vide Obser. lib. 2. Obserua. 76. Ergò si Arresta vel Impedimenta fiant iussu & authoritate iudicis imperitè, nullius erunt valoris, per iura alleg. Quò pertinet, quod † Arrestum sit spe- 10
cies executionis, atqui ab executione iudicium inchoandum non est, text. in l. 1. C. de execut. rei iudic. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. & leg. tex. in l. si cum nulla. ff. de re iudic. Sed ab ea parte, quæ est de in ius vocan. tex. not. in l. iudices, cum Auth. seq. C. de iudic. & in l. 1. ff. de in ius voc. cum similib. Ideò periti iudices non debēt † pręcipitare Arresta sua, & præproperè ad 11
nudam petitionem cuiuslibet illa indiscretè decernere, & permittere, das Kummerrecht nicht alßbald vnnd vnbedächtlich gestatten/ sed priùs causam, saltem summariè examinare, an persona arrestanda sit soluendo, nec ne, an certum domicilium habeat in loco arresti, vel saltem propinquo, & sic facilè conueniendo, an de debito ex chyrographo debitoris, vel publico instrumento, aut testibus fide dignis, appareat, an sit persona vagabunda, extranea, vel de fuga suspecta, an per calumniā, & de industria ignominiosè arrestū petatur. Has. n. circunstātias
pro-

prouidus & circumſpectus iudex in concedendis Arreſtis diligenter conſiderare debet, per tex. in l. qui bona, §. qui damni, ff. de dam. infect. cum notatis ibid. per Alexan. num. 2. & nu. 19. vbi dicit, iudicem non debere indiſtinctè fidẽ dare creditori iuranti debitorem de fuga ſuſpectum eſſe, ſed priùs inueſtigare veriſimilia fugæ, quod Doctor. ibid. communiter ſequuntur, per text. ſingularem in l. ſi creditores, ff. de priuileg. credit. Proindè generalis illa

12 Conſuetudo † Germaniæ, de concedendis & permittendis Arreſtis, cum temperamento rationis intelligenda eſt, vt non ſit vaga, & indiſcreta, atque imperitorum iudicum affectioni, & turpi lucro, cum ignominia alterius ſubiecta, de qua Conſuetudine dixi Obſeru. lib. 2. Obſer. 44. quam ita intelligendam, & reſtringẽdam eſſe cenſeo. Nam licèt Arreſta parui ſint præiudicij, eò quòd cautione iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, facilè relaxari queãt, d. c. quoniam frequenter, §. fina. vt lite non conteſta. & in d. c. 1. & 2. de dolo & contuma. cum concordantib. tamen cum diſcrimine alterius exiſtimationis temerè vagari, & honorem eius præcipitanter proſtituere nõ oportet, tex. in l. Pretor edixit, ff. de iniur. Præcipitatio enim, Nouerca iuſtitiæ eſt, tex. in Clemen. paſtoralis, §. verùm quia, de ſentent. & re iudic. Nam iniquitas omnia præcipitat, virtus autem lenta eſt omnium percunctatrix, text. in c. non in perpetuum, 24. quæſt. 3. gloſſ. fina. ibidem. Et ideò ſententia præcipitanter lata, nulla eſt, per tex. in c. cùm Bartoldus, §. fina. & ibid. Canoniſt. de re iudic. Bart. in l. prolatam, num. 10. cum ſequen. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. & in l. is apud quem, num. 5. C. de eden. in prima lectura. Bald. ibid. num. 7. Alexan. num. 8. & 9. Iaſ. nume.

13 15. Porrò, † quamuis omnia Arreſta regulariter, vt dictũ eſt, a iure communi exorbitent, & interdicta ſint, non tamen omnia Arreſta in Camera Imperiali eodem iure, quóad qualitates perſonarum, cenſentur. Quę enim à priuatis perſonis interponuntur, iuſſu Magiſtratus ordinarij, vel loci, non ad Cameram immediatè, ſed ad iudicis ordinarij cognitionem ſpectant. Cæterùm, quæ à Statibus, ſiue Ordinibus Imperij inuicem committuntur, ex

noua

noua Diui Maximiliani II. Imperatoris fœlicissimæ recordationis, in Comitijs Spirensibus, Anno 1570. edita Constitutione, singulari iure immediatè & principaliter ad iurisdictionem Cameræ Imperialis pertinent, remoto priuilegio primarum instantiarum: idq; ob publicam tranquillitatem in Imperio, & mutuam animorum coniunctionem, atque concordiam inter Status conseruandam, constitutum est, sicut in discursu pleniùs explicabitur. Materiam † Arrestorum, siue Impedimētorum, quibus casibus illa de iure licita, vel illicita sint, plures scripserunt, præsertim Panormi. & Docto. in d.c.2. de sequestrat. possess. & fruct. & ad d.l. vnicā, C. de prohib. sequestrat. pecun. Ferrar. vbi suprà. Molinæ. loco citato de Arrest. nouissimè verò Clarissimus Iureconsultus Petrus Peckius, olim mecum in inclyta Vniuersitate Louaniensi Iuris Candidatus, posteà verò, accepta iam Laurea Doctorali, publicus ibidem Professor, & Pręceptor meus honorandus, in eleganti suo Tractatu, de Iure sistendi: Sed mei instituti non est, de quibuslibet Arrestis, de quibus ad longum vide Molinæ. & Peckium vbi suprà, tractare, sed solùm de interdictis Arrestis Imperij, inter Status eiusdem inuicem interpositis. De cæteris, putà priuatarum personarum Arrestis, obiter per occasionem mentio fiet, & quóad illa, Lectorem ad sedes ordinarias remittam. Meminisse † autem oportet moribus Germanię, Arresta, siue Impedimenta, Zuschlag / in effectu nihil aliud esse, quàm reales citationes, quia persona sistitur, aut eius bona impediuntur, ad illum effectum, vt arrestatus, tædio arrestationis affectus, corā iudice loci compareat, pacta conuenta seruet, debitum dissoluat, aut in dubio cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui, arrestatori præstet. Nam ad extorquendam hanc cautionem, in casu dubio, Arresta potissimùm comparata sunt, facit text. in l. is cui legatorum, ff. vt in possess. legāt. seu fideicommiss. vbi missus in possessionem legatorum, non habet ius expellendi hæredem, sed simul cum eo possidere iubetur, vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat hæredi cautionem. Sic cauere † iussus de damno infecto, tædio missionis

14 15 16

nis

nis cauere compellitur, text. in l.cum legati, ff. quib. ex cauſ.in poſſeſſio.eatur. & in l.ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn.infect. Alexand. ibidem nume.4. & in l.dies cautioni, §.1. ff. eodem titu. Eodem modo debitor contumax, tædio miſſionis venire, & Actori reſpondere cogitur. aliàs Actor in poſſeſsionem rei mittitur intra annum cuſtodiæ cauſa tantùm, poſt annum autem veram poſſeſſionem, per quam etiam dominium, ſi debitor rei impeditæ dominus erat, conſequitur, per tex.in c.quoniam frequenter, §.in alijs, vt lite non conteſta. latè Panormita. ibid.per totum, text.in c.1.& c.2. de dolo & contumac.text.in l.3.§.fina.ff.de acquir.vel amit. poſſeſſ. gloſſ. notab.ibid.in verbo, non poſſeſſionem, & Bartol. num.3.
17 Diſtinguunt † tamen Doct.in locis citatis inter actionem perſonalem, & realem. Primo caſu mittitur contumax in poſſeſsionem rei ex primo decreto, & intra annum rei cuſtos, non autem poſſeſſor efficitur: poſt annum verò ex ſecundo decreto etiam veram poſſeſſionem acquirit. In actione verò reali miſſus in poſſeſsionem poſt annum poſsidet irreuocabiliter, & hoc caſu ſecundum decretum neceſſariò non exigitur, ſed lapſus anni ſufficit, vt notat Bartol.in d.l.3.§.final. ff.de acquiren.poſſeſſ.num.3. cum ſequen. Panormita.in d.c.1. num.10.de dolo & contuma. & in d.c.quoniam frequenter, §.fin. Bartol. Alexan. & alij in d.l.ſi finita, §.Iulianus, ff.de dam.infect. Contumacia igitur non cauentis, duplici iudicis iuſſu, ſed diſpari pœna coërcenda, & quantò maior contumacia, tantò grauior pœna irroganda eſt, text. in l.relegati. & in l.capitalium. §.ſolent quidam. ff. de pœnis. Conuenit enim Prætori, omnes quos in poſſeſsionem miſit, tueri, ita text. in l.1.§.eſt autem generale.ff.ne vis fiat ei, qui in poſſ.miſſus eſt.
18 Quo fit, † vt abuſiua poſſeſsio, quæ leuior eſt, & ex primo decreto datur, tranſeat in veram poſſeſsionem ex ſecundo decreto ob nimiam & obſtinatam contumaciam Rei, Alexand.in d.l.ſi finita, §.Iulianus, nume.4.tex. in d.c.1.de dolo & contuma. & ſic primum decretum in perſonali actione, eſt alterius præparatorium. Bal.in Authent.& qui iurat, nume.46. C.de bon. authorita. iudic.
poſsid.

possid.tex.in l.qui vniuersas.§.item cùm Prætor,ff.de acquiren.possess.gloss.ibid.in verbo,iussit. & in d.l.si finita. §.non autem statim.& §. vbi autem quis. Quanto autem tempore à primo decreto expectandum sit, antequàm ad secundum perueniatur? Et licèt nonnulli spacium anni requirant, d.c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lite non contest.& in d.c.1.de dolo & contuma. tamen magis communis opinio est, illud arbitrio, & discretioni iudicis relinquendum esse. Alexand.in d. l. si finita. §. Iulianus,num.85.communem dicit. Nam secundùm Bartol.in d.l.3.§.fina.& Panormit.in d.c.1.num.10. post lapsum anni in actione reali,secundum decretum,vt dictum est, nō requiritur necessariò,sed solus transcursus anni, missum verum possessorem facit. Potentior igitur est secundus iussus iudicis, quàm primus, nam primus possessionem non transfert, d. l.si is cui legatorum. ff.vt in poss. legato. & in d.l.3.§.fina.ff.de acquir.possess. secùs est in secundo iussu: ratio,† quia ille loco tituli habetur, gloss. singula. 19
in l.damni. §.si pupillus,versi.non solùm autem,in verb. publicianam.ff.de damn.infec. Et ideò qui missus est in possessionem ex secundo decreto,iustè possidet, quia authore Prætore possidet,tex.in l.qui authore,ff.de reg.iur. & in d.l.iustè possidet.ff.de acquir.possess. Ias.ibid.num. 2.& num.17. & pro facto iudicis regulariter præsumitur, tex.in l.2.C.de offic. ciuilium iudicum, ibi,quod non arbitramur. Factum enim † iudicis repræsentat factum par 20
tis,text.notabil.in l.1. C.si in caus.iudicati pign. captum sit. & in l. si ob causam, C.de euictio. text. in l. si plus.§. 1,ff.eod.tit. Bartol.in l.non ab hostibus. §. sed quod simpliciter,num.7.ff.ex quib.caus.maio. Bald. in d.Authen. & qui iurat,num.45. Menoch. in 8.remed.recup.poss. nu. 44.cum sequen.vbi hoc pulchrè declarat. Ias.in d.l.iustè possidet,num.17. An autem titulus secundi decreti sufficiat ad præscriptionem directi dominij, vide Alexand.in d.l. si finita.§.Iulianus,nume.2. vbi latè tractat materiam primi & secundi decreti. Sed quorsum hic tam effusè de materia primi & secundi decreti? Quid enim illa commune habet cum Arrestis Imperij? Multum : nec ocio-

21 ociosè illa hîc tractari puto. Quemadmodum † enim per arresta, arrestati bona impediuntur, ita, vt rei suæ liberum arbitrium non habeat, donec relaxentur bona: sic quoque debitoris contumacis bona, per missionem primi, & secundi decreti, impediuntur tantisper, donec debito tempore contumaciam purget, & cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui præstet, text. in d. c. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non contest. & in d. c. 1. & d. c. 2. de dolo & contuma. vnde constat, missiones in possessionem, esse species arrestorum, & proindè non impertinenter hic illarum mentionem fieri, & suprà dictum est, arresta nihil aliud esse, quàm reales citationes, vt arrestatus soluat, aut cautiones iudicio sisti, & iudicatum solui præstet. Sic debitor, tædio missionis affectus, comparere, & cautiones idoneas iudicio sisti, & iudicatũ solui, præstare tenetur, aliàs possessionem per lapsum anni amittit, per iura suprà ad hoc allegata, seruata distinctione actionum personalium, & realium. Ab arrestis igitur regulariter, tanquàm ab executione, non est incipiendum, sed vnusquisque in possessione sua tuendus, donec causa cognita illa destituatur, tex. in l. 1. ff. vti possid. & in l. extat, ff. de eo quod met. caus. & in l. si quis in tantam, C. vnde vi. Quod est accipiendum de possessione non vi, non clàm, non precariò, sed legitimè acquisita. Nam violentam & clandestinam possessionem Prætor non tuetur, sed alteri vim fieri prohibet, per iura allegata, & tex. in l. 1. ff. quod vi aut clam. & in l. clàm possidere, §. qui ad
22 nundinas, ff. de acquiren. possess. Hinc † culpantur rapaces hæredes, qui nimium sibi opinione prçuentæ possessionis blandiũtur, dum callidè, & occultè, extremum exhalantis animæ spiritum cupidè expectant, vt cçteros cohçredes, quos ordo successionis ex æquo contingit, absentes, vel ignorantes prçuentione quadam antiquioris possessionis anteuertant: quorum anticipata possessio cùm sit violenta, vel saltem clandestina, & initiò vitiosa, non debet iuris effectum operari. Ias. & Doct. in l. iustè possidet, ff. de acquiren. possess. nam ex malo principio legitima consequentia non infertur, tex. in l. fin. C. de natural.
liber

liber. & in d.l.1.ff.quod vi aut clam. & in d.l. clàm possidere,§.qui ad nundinas. Natta consil.93.num.6.incip.magnifice domine, volum.5. vbi præclarè consuluit, quòd quicunqne præcurrit ad occupandam possessionem post mortem defuncti, dicatur hęredem quodammodò sua possessione spoliare, quod ante eum notauit quoque Castren.in l.2.nu.2C.de edict.Diui Adri.toll. facit tex.in d. l.1.§.1. ff.quod vi aut clàm. vbi dicitur, aduersus vim,vel quod clàm factum est,neminem iusta exceptione se tueri posse. Proindè Magistratus loci ex officio curare debet,
ne huiusmodi †cautelę,siue potiùs captiões,in consequētiam admittantur, & in Rempubl.malo exemplo, increpant,sed penitùs à iudicijs excludantur, & vt quilibet intra septa inculpatę possessionis se contineat, vide infrà cap.11.in fine. 23

CAP. II.

Communia vtriusque Constitutionis, Pignorationis, & Arrestorum.

SVMMARIA.

1 *Similitudo Pignorationis, & Arrestorum.*

2 *Arrestorum constitutio ad conseruandam pacem publicam spectat.*

3 *Restitutio Pignorum, & Arrestorum integrè facienda.*

4 *Pignorationis processus bipartitus est.*

5 *Arrestatus in causa Mandati de relaxandis Arrestis, actor est.*

6 *Primum decretum quid sit.*

7 *Arresta cautione præstita, soluuntur.*

8 *Arresta licita, vel illicita sint, ad causam principalem spectat.*

9 *Pignorationis processus cum causa principali deciditur.*

10 *Iudex causæ principalis, est etiam iudex cuiuscunque inciden-*

 ciden-

cidentis.

11 *Imperator potest condere, & tollere leges Imperij.*

12 *Iura ex tempore variantur.*

13 *Natura semper aliquid noui producit, & mobilitate sua mundus perpetuò fluctuat.*

14 *In relaxandis Arrestis cautiones requiruntur iudicio sisti, & iudicatum solui: secùs est in Mandato pignorationis.*

DIXI in Tractatu de Pignorationibus, Obseruat. 1. Arresta, siue manuũ iniectiones, aut Impedimenta, nihil cum pignorationibus Imperij commune habere, quod est intelligendum de arrestis priuatarum personarum, non de Constitutione Arrestorum Imperij, quæ tunc temporis, cùm illa scriberem, nondum nata erat, sed posteà consideratis temporum & personarũ qualitatibus, Anno 70. in Comitijs Spirensibus noua lege introducta est. Illa enim Constitutio magnam cum Constitutione Pignorationis similitudinem & affinitatem habet, vti ex ipsa Constitutione Arrestorum initiò videre
1 est. Ostendam igitur breuiter,† quæ sint communia vtriusque Constitutionis: Et primò conueniunt in fundanda iurisdictione Cameræ Imperialis: sicut enim Pignorationes inter Status Imperij, vt pax publica sarta tectaque conseruetur, interdicta & prohibita sunt, & immediatè ad Cameram publica Imperij lege pertinent: ita quoque Mandata de relaxandis Arrestis inter Status Imperij eodem spectant. Altera † similitudo est, quòd ra-
2 tione publicæ tranquillitatis, vtroque casu, Mandata sine clausula decernantur, cum annexa citatione, ad docendum de paritione intra terminum præfixum: vtrobique enim est eadem prohibendi ratio, ergò idem ius quoque statuendum, tex. in l. illud quæsitum, ff. ad leg. Aquil. glo. ibid. in verbo, æstimari, text. in l. is cui, §. constitutio, ff. vt in possess. legat. gloss. ibid. in verbo, vtilitas, text. in l. à Titio, ff. de verbor. obligat. gloss. notab. ibid. in verbo, reddi, quæ dicit, quando in diuersis factis non potest reddi diuersi-

uersi-

uersitatis ratio, tunc idem ius statuendum esse, per illum textum, & iura concordantia. Et sicut Pignorationes omni iure prohibitæ sunt, cùm nemo alterius odio prægrauari debeat, text. in c. nemo debet, de regul. iur. in 6. & in c. 1. de iniurijs, eodem libr. ita quoque Arresta facti ipso iure reprobantur, cùm ab executione iudicium non sit inchoandum, neque in propria causa nemo sibimet ius dicere debeat, per notata suprà cap. proxi. text. in l. vnica, C. de prohib. pecun. sequestr. vnde permissum est iudici via præcepti, quod illicitè factum est, retractare, per notata infrà, cap. sequenti. Quarta † communio vtriusque Constitutionis in eo consistit, quòd restitutio pignorum, & relaxatio arrestorum, plenè & integrè, cum omni sua causa, & vtilitate facienda sit, hoc est, cum omnibus, quæ arrestatus tempore arresti habuit, vel habiturus esset, si res arrestata non fuisset, text. notab. in l. restituere, ff. de verborum significat. cum concordantibus infrà cap. 13. allegatis. Contrà, dissimilitudo † vtriusque in eo posita est, quod prior, putà, pignorationis, bipartitum processum in Camera habeat, Mandati, & Citationis. Mandati, vt via præcepti pignora ablata restituantur, vel persona innocenter capta, è vestigio libertati suæ reddatur, argumento. l. si quis ad se fundum. C. vnde vi. Citationis verò, vt pignorator post factam pignorationem ius pignorandi, & sic causam principalem, ex interdicto Vti possidetis, in Camera deducat, absque vlla remissione litis ad iudices Ordinationis, an die außträgliche Richtern. Posterior verò, videlicet Arrestorum processus, simplex, & vnicus sit, nempe, Mandati de relaxando, & restituendo, qua relaxatione facta, causa principalis super iustitia, vel iniustitia Arresti, ad iudicem competentem remittitur. Ita enim verba Constitutionis habent, Daß die Hauptsach / darumb das Arrest angelegt / an ordentlich Recht / wie sich gebürt / außzuführen / remittiert / vnnd hingewisen werden soll. Vnde constat, † arrestatum in causa Mandati, de relaxando Arresto, in

3 and 4 and 5 margin: see above

Camera Actorem esse, quia petitoris personam sustinet, tex.in l. 2. & in l. quoties, ff.de probat. In iudicio verò ordinario, Reum, quia Arrestator impedimentum, siue arrestum iustificare debet, cùm præsumptionem iuris contra se habeat, quæ probationem contrarij in ipsum reijcit, text.in l. ab ea parte, de probatio. & in l. suus, §. puto, ff.de hæred.institut. cum notatis infrà cap.12. Arresta enim de iure prohibita sunt, quia nemo in sua possessione de facto turbari debet. Hinc est,† quod Alexan.in l. si finita, §.Iulianus, num.6.ff.de dam.infect. primum de-
6 cretum definiat, vt sit rei regulariter prohibitæ, in certo casu, prima Iudicis permissio, ideoque indiscretè concedi non debet, Doct.in d.l.Iulianus.& per notata cap.præceden. Sed cur tam variè? quare non idem in vtraque Constitutione receptum est, vt causa principalis non in Camera, sed coram Ordinario agitāda sit, cùm vtrobique eadem ratio militare videatur? Differētiæ rationem hanc esse puto, quòd causa Mandati de relaxandis arrestis, nihil cum causa principali commune habeat, & sic separa-
7 torum separata ratio esse debeat, per vulgaria. Pręstita † enim cautione iudicio sisti, & iudicatum solui, ipso iure arresta soluuntur, werden die zuschläg alßbald ledig vnd auffgehebt/tex.in l.fin.C.de ordin.cognit. & in l. Senatusconsulto, ff.de offic.præsid.text.in l.litibus, C.de agricol.& censit.lib.11. & in Authent.& qui iurat, C.de bon. authori.iudic.possid. Bald.ibid.nume.26. Ferrar. in forma sequestri, nume.5. Et sic præstatione cautionis causa principalis, ad terminos iuris communis, hoc est, ad viam ordinariam reducitur, vbi arrestator, causa cognita, quòd sibi debetur, iuris, nō facti via prosequi debet: nam
8 cùm causa † principalis altiorem indaginem requirat, soluto iam arresto, merita causæ eò reseruāda sunt, per text. notab.in l.in hac actione, §.ibidem subiungit, ff.ad exhib. & notata infrà cap.sequen. Constitutio Arrestorum, principaliter pacis, & tranquillitatis finem respicit, hunc finem, relaxatione facta, iam consecuta est. Cessante igitur causa finalis, cessat Constitutionis effectus, c.cùm cessante, de appellat. & per consequens, causa principalis, putà

putà iuſtitia, & iniuſtitia arreſti, coram iudice competente agitanda eſt, d.l. in hac actione, §. ibidem, idque ne ordo iuriſdictionum confundatur, contra text. in l. nemo, C. de iuriſdict. omni. iudic. néve priuilegio primarum inſtantiarum quicquam indebitè detrahatur in fraudem Statuum Imperij. Et hac ratione vtrique parti quietè conſulitur, Arreſtatori præſtatione cautionum, Arreſtato verò, ne inauditus poſſeſsione rei ſuæ priuetur, facit tex. notab. in l. ſi cuius rei, ff. de vſufruct. Sed in cauſa pignorationum † cauſa Mandati de reſtituendis pignoribus, à cauſa principali non eſt planè ſeparata, ſed cum ea connexa, 9
& ſic connexitatis vinculo, ne continentia diuidatur, à principali non ſeparanda. Nam licèt in cauſa Mandati, ante omnia Mandato parendum ſit, & pignora è veſtigio reſtituenda, vel perſonæ captæ relaxandę, tamen huiuſmodi reſtitutio, vel relaxatio, non eſt omninò & abſolutè pura, ſed adhuc in ſuſpenſo tãtiſper, donec in cauſa citationis, hoc eſt, in principali, vbi de iure pignorandi controuertitur, an licitè vel illicitè pignoratum ſit, ius pignoratoris planè diſcutiatur, ſi iure pignoratio facta reintegratur, & pignora pignoratori reſtituuntur, vel perſonæ priori loco carceri mancipantur. Proindè, ne continentia cauſę diuideretur, grauiter ſancitum eſſe puto, Cameram vtriuſque cauſæ, abſque vlla remiſsionis neceſsitate, iudicem competentem eſſe debere, lege Imperij ita diſertis verbis ſtatuente, facit tex. in l. quoties, C. de ordin. cognit. vbi notatur, iudicem † cauſæ principalis, 10
eſſe etiam iudicem cuiuſcunque cauſæ incidentis, quod tamen intelligendum eſt, prout Bartol. in d.l. quoties declarat. Hæc ratio in Conſtitutione Arreſtorum ceſſat, quia paritione Mandati ſatisfactum eſt diſpoſitioni legis, & ſic cauſa principalis ad iudices competentes ſpectat, per verba expreſſa in dicta Conſtitutione Arreſtorum. Et ſic obſerua, regulam d.l. in hac actione, §. ibidem ſubiungit, ff. ad exhib. in Conſtitutione Pignorationis nõ habere locum, propter diuerſitatem proceſſuum, putà Mandati, & citationis. Mandatum reſtitutionem: Citatio ius pignorandi concernit, idque ſeparatis & diuerſis proceſsi-

cessibus. Quibus accedat, quòd ita Cęsari, & Statibus Imperij visum, & placitum sit, text. in l. 1. ff. de constit. princip. & in §. sed & quod Princeps, Instit. de iur. natu. gent.
11 & ciuil. cùm eorum † sit, ex occasione, & vtilitate Imperi, figere, & refigere leges: dare, & tollere iurisdictionẽ, per text. in l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. præfect. vrb. gloss. in c. suspicionis, in verbo, ad quos omnia, de offic. iudic. deleg. Panormita. in c. cæterùm, num. 2. de iudicijs. Iura
12 enim quandoque variantur † secundum temporum mutationes, vel quoties euidens vtilitas publica id exposcat, quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo, text. elegans in c. non debet, de consanguin. & affinita. & in c. super eo, de senten. excommunicat. text. in c. penult. de transactio. & in l. continuus, §. cùm quis. ff. de verborum obligat. sicut videmus multa per Imperatorem Iustinianum in Codice
13 & Nouellis Constitutionibus mutata esse. Nam † varia rerum natura plerunque aliquid noui producit, cùm in hac mundi machina nihil firmum existat, sed omnia sub perpetuo motu, sua mobilitate semper fluctuent, teste eodem Iustiniano in Authent. de non alienan. vel permut. reb. eccles. §. vt autem. & §. his autem omnibus. C. de emendat. Codic. Iustinia. Sicut etiam in Constitutionibus Imperij, iura quandoque secundum varietatem temporum, & rerum indigentiam intenduntur, vel remittuntur. vide Gellium Noctium Attica. lib. 20. cap. 1. & Iasonem in l. ex toto. §. si ita legatum, numero 19. ff. de le-
14 gat. 1. Obseruanda † etiam obiter alia differentia inter vtramque Constitutionem Pignorationis, & Arrestorum, quòd in illa, statim Mandato de relaxandis Captiuis vel restituendis Pignoribus, absque vlla cautione iudicio sisti, & iudicatum solui: in altera, non aliter, nisi satisdato parendum sit. Differentiæ ratio est, quòd Pignorationes simpliciter, & absolutè ipso iure prohibitæ, & nullæ sint: Sed Arresta non semper, quia in multis casibus etiam permissa & licita sunt, vt plenè notat Molinæ. in Consuetud. Parisiens. part. 2. gloss. 1. in verbo, Arrest. per totum. Ferrar. in forma sequestri, seu saxamenti. Bald.

ti. Bald. & Docto. in dicta l. vnica, C. de prohib. sequestr. pecun. & in alijs ordinarijs locis, vide infrà cap. vndecimo. & Pekium in Tractatu suo de Iure sistendi, per discursum.

CAP. III.

Quid sit Arrestum, siue Impedimentum Imperij.

SVMMARIA.

1 *Omnia Arresta facti prohibita sunt.*

2 *Nemo in propria causa iudex esse, sed iure suum repetere debet.*

3 *Cautio in iure variè accipitur.*

4 *Cautio idonea quæ dicatur.*

5 *Cautio à lege ciuili exacta, qualis esse debeat.*

6 *Cautio legis Falcidiæ fideiussorum præstationem habet.*

7 *Vsufructuarius satisdato cauere debet.*

8 *Cautio statutaria an sit ciuilis, vel prætoria.*

9 *Contractus innominati, iudicantur secundùm naturam nominatorum, quibus magis aßimilantur.*

10 *Iuratoriæ cautioni non statur, si alio remedio petenti cautionem consuli poßit.*

11 *Cautiones non in duriorem causam, sed secundùm naturam actus accipiendæ.*

12 *Causa principalis Arrestorum ad iudices competentes remittenda.*

13 *In causis summarijs exceptiones altiorem indaginem requirentes, ad causam principalem reseruandæ.*

14 *Arresta sunt in duplici differentia iuris, & facti.*

15 *Quæ de facto fiunt, de facto tollenda sunt.*

16 *Iudex quando à præcepto incipere poßit.*

17 *Frustrà expectatur id, cuius euentus nihil operaretur.*

18 *Delicti atrocitas Principis rescriptum non requirit.*

ARRESTATIO siue Impedimentum contra Constitutionem Imperij fieri dicitur, quando Status alterius Status bona propria, vel eius subditi, via facti, non iuris, impedit, detinet, vel manus iniectione molestiam adfert. Dico alterius Status, quia hæc Constitutio, eiusque dispositio non habet locum inter quaslibet priuatas personas, sed tantùm inter Status Imperij, qui talibus illicitis arrestis, vti suprà cap. proximo quoque dixi, offensi, pacem Imperij turbare, & per consequens publicis scandalis occasionem dare possent, daß sie dardurch im Reich zu weiterungen vrsach geben möchten/ quibus Imperator paterna solicitudine, pro Imperiali suo officio, maturè obuiare debet, per ea, quæ dixi lib. 1.
1 cap. 1. de fracta pace. Dico via facti, quia † non omnia Arresta prohibita sunt, sed illa in multis casibus etiã permittuntur, de quibus dixi infrà cap. 11. Cæterùm, quæ facti sunt, hoc est, quę fiunt propria authoritate, sine causę cognitione, illa de iure omninò interdicta sunt, quia iudicium ab executione non est inchoandum, nemoque sibi in propria causa ius dicere debet, per vulgaria, maximè, si post factam arrestationem arrestatori idonea cautio iudicio sisti, & iudicatum solui offeratur, tot. titul. ff. si quis cautionibus in iudicio sisten. caus. factis non obtempe. & tot. tit. ff. iudic. solui, quo casu vnusquisque, cuiuscunque
5 † sit status, præeminentiæ, vel dignitatis, iure, non de facto, quod sibi debetur, exigere, & intra septa iustitiæ se cõtinere debet, tex. in l. extat, ff. quod met. cau. & in l. si quis in tantam, C. vnde vi, tex. notab. & aureis scribendus
3 literis in l. penult. C. ad leg. Iul. de vi priuat. Etsi † autem in iure nostro cautionis appellatione simplex & nuda repromissio significetur, tex. in l. sancimus, C. de verbor. signific. gloss. in c. qua fronte, in verbo, cautione, de appellat. præsertim, si à lege Ciuili cautio exigatur, quia illa de nuda tantùm intelligitur, d. l. sancimus. Alexan. in l. si finita.

nita.§.eleganter,nu.15.ff.de dam.infec.& in l.diuortio.§. interdum,num.2.ff.eo.titu. quod tamen non procedit in Constitutione Arrestorum, quæ expressè idoneam cautionē requirit ibi, gepurliche caution. Dicitur autem idonea cautio, † quæ fit fideiussoribus, vel pignoribus, text. 4
in l.si mandato.§.fin.ff.mand.glos.ibid.in verbo,accepta, text.notab. in l.4.§. si sub conditione.ff.de fideicommiss. liberta. & in l.si debitori.ff. de iudicijs, text. in l.1.ff.qui satisd.cog. Et quamuis regulariter cautio à lege ciuili exacta,de simplici accipiatur:tamen † hoc non procedit, si 5
rei conditio aut qualitas aliud postulet, aut genus cautionis à lege exprimatur: veluti si lex ciuilis velit idoneè,vel rectè,aut satisdatò caueri: quia tunc vt legi satisfiat,fideiussoribus, vel pignoribus cauendum est, text.in l.1.§.iubet autem Prætor.ff. de collatio. bonor. ibi, rectè caueatur,& in l.sed & hæ.§.defendere.ff.de procurat.ibi, cauere idoneè, & in l.fideicommissa. §. si hæres rogatus. ff.de leg.3.ibi idoneè caueatur, text.in l.nisi si malit.ff.de rei vendic.ibi cum satisdatione cauebitur, tex.in l.Labeo ait.§.penul.ff.de recep.arbitr. & in l.fi.§. si legatarius.ff. quor. legato. Sic quoque † cautio, quæ propter legem 6
Falcidiam interponitur,fideiussorum habet prę stationē, ita text.in l.3.§.1.ff.si cui plus,quàm per leg.Falcid. Idem in cautionibus prætorijs,siue iudicialibus, quæ personas desiderant pro se interuenientium, ita text.in l.1.& in l. prætoriæ.ff.de prætor.stipulatio.Alex.in l.cautio.num.2. C.de procuratorib.& in l.is cui.num.3.ff.ad l.Falcid. Panor.in c.quoniam frequenter, nu.18. vt lite non contesta. Similiter in cautione † vsufructuaria, quæ fideiussoria, 7
vel pignoratitia esse debet,text.in d.l.si mandato.§.fin.ff. mand.& in l.vsufructu,gloss.1.ibid.Fallit quoque in persona de fuga suspecta, cui non creditur nudis verbis, nisi idoneè satisdet, per text. in l.si creditores. ff.de priuileg. creditor.ibi,satisdationem exigere possunt,et in l.penul. ff. de petit.hæredit. Iudex tamen ante omnia de suspicionis veritate inquirere,neque statim eum,ad nuda Creditoris narrata,necessitati cautionis subijcere debet,text. elegans in d.l.si creditores, sed tunc demum, quando veri-

similiter de fuga suspicio subest, & periculum in mora est, quia tunc fragilitati nudæ cautionis fidendum non est, text. in l. qui ita. §. 1. ff. ad S.C. Trebellia. & in l. cogi. §. idem quærit. ff. eod. titul. gloss. ibid. in verbo, cautionis: Alex. in d. l. diuortio. §. interdum. nu. 2. ff. de damn. infect.
8 Quid de cautione † statutaria, quæ vigore Statuti præstari debet, an sit prætoria, vel ciuilis, & sic fideiussoria, siue simplex & nuda? Dicendum, si talis cautio statutaria inducta sit instar, & ad similitudinem Prætoriarum cautionum, vt quia iudicialia, vel sententiam concernat, quod tunc tale statutum intelligi debeat de cautione fideiussoria, sicut intelliguntur Prętorię cautiones, d. l. 1. ff. de præto. stipulatio. Bald. in Auth. generaliter. C. de epis. & cler. per illum tex. Alexand. in l. stipulationum, num. 17. ff. de verbo. oblig. & in d. l. cautio. nu. 2. C. de procurato. Sic †
9 contractus innominati iudicantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus adijciuntur, & magis assimilantur, text. in l. cum qui. §. 1. ff. commod. Barto. ibid. nu. 1. tex. in l. naturalis. §. sed si facio. in fin. ff. de præscript. verbis. Barto. ibid. nume. 2. text. in l. 1. §. si quis seruum. ff. depos. & in l. 2. ff. de rer. permutatio. Bar. ibid. nu. 1. Zas. in c. item Seruiana. nu. 14. in fine. Instit. de actionib. Natta consi. 114. nu. 10. incip. non est dubium. De cautio-
10 ne † iuratoria, de qua in d. Auth. generaliter, et in l. 1. §. super peculio. C. de assertio. tollen. glo. ibid. in verbo, iuratoriæ, nihil attinet hic dicere, quia Constitutio Arrestorum sufficientem cautionem exigit, at iuratoria cautio sufficiens non est. Barto. in l. litibus. num. 4. C. de agricol. & censit. libr. 11. ad quam nunquàm peruenitur, si alio remedio cautionem petenti consuli possit. Alexan. in l. si fideiussor. §. si satisdatum, nu. 6. ff. qui satisd. cogan. per tex. in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrimo. Bal. in l. fin.
11 C. de ordi. cognit. Curare † tamen Iudex debet, ne cautiones in duriorem causam, quam actus necessitas postulat, exigantur, facit text. in l. græcè. §. illud commune. ff. de fideiusso. & in l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt legato. nomi. caueat. Alexand. in l. non solum. §. sciendum, num. 4. ff. de noui oper. nunciat. Debent enim secundum naturam

turam actus, super quo interponuntur, intelligitex. in l. si stipulatus, in princip. ff. de vsur. Alex. in l. Titius, nu. 6. ff. ad S.C. Trebellia. Et ideò si in Camera super cautione idonea difficultas incidat, Iudicis summaria cognitio erit, an friuolè, & causa extrahendi relaxationem Arresti, hoc fiat. Postquàm igitur Arrestatori idoneè cautum est iudicio sisti, & iudicatum solui, meritò Arrestum relaxari, & posteà via ordinaria † coram Iudice compe- 12
tente super iustitia Arresti agi debet, sicut expressè disponit ipsa Constitutio, his verbis. **Nach beschehener parition soll die hauptsach / darumb daß Arrest angelegt / an ordentlich recht / wie sich gepurt / auß zufhuren remittirt / vnd hingewisen werden.** Hoc est, facta paritione, causa principalis ad Iudicem competentem remittenda est, sicut suprà cap. 1. dictum quoque est.
Ratio, † quia in causis summarijs, vti hæc est, exceptio- 13
nes altiorem indaginem requirentes, non admittuntur, sed ad causam principalem reseruantur, per text. expressum, & notab. in l. in hoc iudicio. §. ibidem subiungit. ff. ad exhib. Bartol. ibid. num. 1. text. in l. 1. §. & parui refert, ff. quod vi aut clam, vbi Barto. nume. 1. notat regulam, quod ea quæ vi facta sunt, ante omnia in pristinum statum reducenda sint, antequam partium iura examinentur, per textum in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuli. de vi public. gloss. ibid. in verbo, violentię causam. Et hæc de cautione præstanda dixisse sufficiant. Redeundo ad propositum, dixi suprà Arresta facti prohibita esse, text. in d. l. penult. C. ad l. Iuliam de vi priuata, cum concordantibus: non autem iuris. Et sic obseruandum,
† Arresta esse in duplici differentia: iuris, & facti. Iuris 14
licita, per notata infrà, cap. 11. Facti illicita, & omni iure prohibita. Proindè etiam Iudicis præcepto statim tollenda, & relaxanda sunt. Quæ enim de facto † fiunt, nulla 15
iusta exceptione defendi possunt, text. in d. l. 1. §. denique. ff. quod vi, aut clam, & in d. l. penultim. sed statim de facto tolli, & reuocari debent. Bald. in l. si pacto quo pœnam, num. 2. C. de pact. Iason ibidem nume. 9. per

text.

text.notab. in l.1.§.1.ff. si mulier ventr. nom. in poss. ibi, debet enim prætor, quemadmodum facilis est circa bonorum possessionem dandam mulieri ventris nomine: ita calumniam eius impunitam non relinquere, ad idem facit text.in l.1.§. hæc verba.ff. ne vis fiat ei qui in possess. mis.& in l.cùm vnus.§.fin.ff.de bon.autho. iudic.possid. Bald.consi.208.incip.ista captura,volu.4. & consi.231.incip.in causa carcerati,eod.volu. Anchar.consil.292.nu.4. incip.videretur.Roma.consil.320.incip.hæc istorum,per text.in l.fina.§. nullo tempore. ff.de liber. homi. exhib. ibi nec modicum tempus,vide prolixiùs Obseruat.lib.2.
16 Obser.76.Et Iudicem † in casibus omni iure prohibitis,à præcepto incipere posse, nullam habet dubitationem, super qua regula Mandata Cameræ sine clausula quotidiè fundantur,& iurisdictionem immediatam tribuunt, per text.in l.4.§. videamus.ff.de fideicommiss. liberta. & allegata in tractatu pignorationum Obser. 13. quando enim præsens actum impedire nequit: tunc etiam eo absente,& non citato, actus explicari potest, per text. in l. qui potest inuitis.ff.de regul.iur. & in l. recusare.ff. ad S. C.Trebellia.Paris.consil.1.nu.33. volum.1. Vide in tract. fractæ pacis,cap.5.vbi hoc latius declaratur, facit text.in
17 d.l.1.§.denique.ff.quod vi aut clam,& regula † frustrà exspectari id,cuius euentus nihil operaretur,text. notab.in l.hæc stipulatio.§.Diuus.ff. vt legat. nom. cauea. & in l. huic.§. si seruus, versic. hoc ita.ff.ad l.Aquil. Castr.in l.si is qui,num.5.C.de testam. Et quoties periculum est in
18 mora,licitè † à regulis iuris cõmunis receditur, vt imminenti periculo celeri reformatione obuietur,text.in l.de pupillo.§.si quis riuos, versicu.prætereà.ff.de noui oper. nunciat.& in l.1.ff.de damn. infect. text. in l. si quis filio exhæredato.§.hi autem omnes,vers. quid tamen.ff.de iniust.rup.& irrit.fac.testam.ibi, si executio delinquentis moram non recipiat,vtputà si sit latro manifestus,vel seditio prærupta,aut factio cruenta, tunc præueniendi periculi causa Principis rescriptum non requiritur : sed Præsidi punire permittitur,deinde scribere. Arresta verò iuris varijs casibus ad refrenandam Debitoris contu-

maciam

maciam permittuntur, de quibus vide infrà, cap. 11. & Doct. in locis ibid. allegatis, & in d.c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non contestat. & in l. vnica. C. de prohib. pecu. sequestrat.

CAP. IIII.

De Requisitis Constitutionis Arrestorum.

SVMMARIA.

1 *Qualitas adiecta mandato, ante omnia probanda, & priuilegia personas non egrediuntur.*

2 *Par in parem, non habet imperium.*

3 *Statuti qualitate non probata, cessat statuti dispositio.*

4 *Plus & minus, non differunt in specie, sed benè qualitate.*

5 *Sicut nec accidentia.*

6 *Delicta quandò specie differre dicuntur.*

7 *An socius iurisdictionis, consortem de delicto punire possit.*

8 *Arresta per Officiales domini facta, Domino praiudicant.*

9 *Cautio idonea Arrestatori offerri debet.*

10 *Ad veritatem copulæ, vtrumque requiritur factum.*

11 *Practica impediendi Arresta.*

12 *Verba, & decreta Cameræ, cum effectu accipienda sunt.*

13 *Vbi facto opus est, sola voluntas non sufficit.*

14 *Præceptum iudicis inualidum, nihil operatur.*

15 *Cautio iudicio sisti, & iudicatum solui, etiam à Statibus Imperij præstanda est.*

16 *Arresta ex causa criminali facta, ad Cameram non pertinent.*

17 Res

17 *Res tempore peritura, officio iudicis sequestrari possunt.*

TRIA potissimùm huius Constitutionis Arrestorum sunt requisita. Primum, qualitas personarum, quod videlicet vtraque pars, tam Arrestatus, quã Arrestator immediatè subsit Imperio, sicut in Constitutione Pignorationum quoque sancitum est. Qualitate hac deficiente deficit iurisdictio Cameræ. Quoties
1 † enim qualitas adiecta, est ratio, seu causa introducendi personam in iudicio, vti in hac Constitutione, ex dignitate, & excellentia personarum, tunc ante omnia, & necessariò qualitas illa ad fundandam iurisdictionem Iudicis probari debet, per iura allegata suprà de pignorationib. Obseruat.1. & text.in Authen. cui relictum.C.de indic.viduita.tollen. Bald.ibid.num.19. vbi dicit per illum text.quod lex locum non habeat, nisi secundum terminos, & casus à lege comprehensos. Alexand.in l.non solum.§.sciendum,nume.2.ff. de noui oper. nunciat. vbi dicit, quod quandò qualitas, est fundamentum intentionis alicuius, quod tunc illa specificè probanda sit, aliàs quis succumbet, per multa allegata ibid. & text.notab.in l.in omnibus,la.2.ff.de reg.iur. vbi dicitur in omnibus causis id obseruari, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque de-
2 ficiat. Sic in statutis † super certa qualitate fundatis, remota qualitate locum habere non possunt. Bartol. pulchrè in l.1.§. & parui refert, nume.3.ff. quod vi, aut clam. Panormit.in c.item cùm quis, num.6. de restitut. spoliat. idque in omni dispositione priuilegiata receptum est. Vide prolixius in tractatu fractæ pacis, cap. 13. Ergo si verba Constitutionis Arrestorum, non conueniant personis, ipsa Constitutio quoque non obtinet, quia sermo qualificatus esse censetur indiuiduus: & separationem à facto principali non recipit, textus in l. Prætor ait, la.2. §. docere. ff. vi bonor. raptor. cum alijs allegatis d. cap. 13. Nam ipsa Constitutio principaliter personarum qualitatem considerauit, quæ huiusmodi

modi Arrestis facti, ab animorum coniunctione separari, & discordias in Imperio mouere possent, d.l.in omnibus. Et priuilegia certa ratione personis concessa, eas nō egrediuntur, nec ad alias personas transeunt, text. in c. sanè, de priuileg. Panorm. ibid. per totum. Prætereà notum est, Parem † in Parem nullū habere Imperium, tex. 3
in l. nam magistratus. ff. de recept. arbit. glo. 1. ibid. & tex. in l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad S.C. Trebellia. gloss. ibid. in verbo, Imperium, idque procedit, etiamsi alteruter dignitatis & facultatis prærogatiua excellat: quia plus & minus non differunt specie, sed benè qualitate, 4
text. in l. fina. ff. de fund. instruct. & in l. humilem. C. de incest. nup. vbi dicitur, inter ingenuos, ex diuitijs & fortunæ opibus, nullam esse differentiam, gloss. notab. in l. fina. §. quoties, in verbo, anno. ff. de publica. & vectigalib. Barto. in l. 1. §. vnde quæritur, num. 3. ff. eod. titul. vbi dicit, quod in delictis adiectio qualitatis non faciat diuersam speciem. Curtius iunior consil. 71. nu 11. incip. in causa vertente. Ias. in l. Marcellus, num. 3. ff. ad S.C. Trebellia. Sicut nec accidentia, † faciunt rem differre specie, vt homo albus & niger, Mulier fertilis & sterilis, non 5
differunt specie. Bart. in d. §. vnde quæritur. Bal. in l. vnic. nu. 9. C. vti possid. vbi ex hoc infert, quòd possessio fertilis, vnde fructus percipiūtur: & sterilis, quæ nullum producit fructum, specie non differant, licèt duæ sint possessiones, adde Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de acqui. vel amitt. possess. Dicuntur autem differre specie, quæ habent diuersas definitiones. Bart. in l. 1. num. 1. C. de iur. emphyt. Ias. ibid. num. 10. Sic delicta † specie differunt, si cadunt in aliud nomen delicti. Bart. in d. l. 1. §. vnde quæritur, nu. 3. & in l. 2. nu. 4. ff. de priuat. delict. vbi dicit delicta quædā esse nominata, quædam innominata, instar contractuum nominatorum & innominatorū, vt ibid. pulchrè declarat. Sic actiones specie differunt, quādo proprio nomine ab alijs actionibus separantur, tex. in l. 1. ff. de præscrip. verb. Bar. in d. l. 2. nu. 4. Proinde, cū inter Status Imperij, quóad fundandam iurisdictionem Arrestorum, secundū plus & minus, nulla sit differentia: & alter alterum in rebus suis

impediat, tunc superior omnium, hoc est, Cæsar, vel eius loco Camera, adiri debet, text. notab. in c. 1. de rescript. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iudic. eat. & in l. nulli. C. de iudicijs. Hinc est, quod Bald. in c. 1. qual. iura. debe. Vasall. domi. fidelit. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui oper. nuncia. & in l. 1. num. 71. ff. de offic. eius,
7 cui mand. est iurisdict. notent: Si † duorum dominorum commune sit imperium, & vnus contra alium delictum committat, quod consors Imperij, delinquentem punire nequeat, per regulam: Paritatis nullum esse Imperium: Sed quod tali casu superior adeũdus sit, nisi grauitas & magnitudo delicti, tãta sit, vt propter exemplum moram nullam patiatur, quia tunc concludunt, delinquentem etiam per Consortem puniri posse, idque pro singulari limitatione, l. si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. testamento, obseruandum putant, de qua. l. vide suprà cap. proxi. Ne-
8 que refert † in proposito, an tale impedimentum Status Imperij per se præstet: an per suos Officiales, & Prætores, aut etiam Mercenarios: dummodò mandato aut iussu suo, vel eo ratum habente factum sit: quia tunc perinde est, ac si per se Arrestum interposuisset, text. in c. qui facit, de regul. iur. in 6. & in l. aut qui aliter. §. hæc verba. ff. quod vi aut clam. text. notab. in l. prohibere. ff. eod. tit. & per notata de pignoratio. Obseruat. 5. & verba Constitutionis ibi, durch sich selbst oder die seine/ hoc est per se, vel suos, nam qui opem præstat mediatè, perindè punitur, ac si immediatè opem tulisset, text. in l. si seruus seruum. §. si quis de manu. versic. quod si ad aliquem. ff. ad l. Aquil. nam & qui occasionem damni dat, damnum fecisse videtur. text. in l. qui occidit. §. fina. ff. eod. titu. & in l. si quis vxori. in princip. & §. si quis de manu. ff. de furt. & qui patitur, quod prohibere potest, facere dicitur, text. in l. 3. cum l. sequen. ff. de noxalib. actio. & in l. adigere. ff. de iure patronat. & in l. quid ergo. ff. de his qui not. infam. vtrobique gloss. Sic scientiam accipimus, quandò quis cum prohibere potest, non prohibet, text. in d. l. 3. ff. de noxalib. actionib. & possidere dicitur, siue ipsi, siue per
alios

alios possideamus, text.in l. generaliter.ff. de acquir.vel amitt.possess.Hactenus de primo requisito. Secundò † 9
requiritur, vt Arrestatori offeratur idonea cautio iudicio sisti, & iudicatum solui, ibi, auff angepottene geputrliche caution/ quæ cautio ideò præstari debet, vt Arrestator de iure suo securus, via ordinaria agere possit, & Arrestatus in causa principali conuentus, tergiuersari nequeat. Bartol.in l.litibus, num.5.C. de agrico.& cens. lib.11.per illum textum ibi idoneum fideiussorem. Alexan.in l.si fideiussor.§. si satisdatum, num.7. ff.qui satisd. cogant.text.in l. si cuius rei.ff. de vsufruct. Huius cautionis mentio fieri debet disertis verbis in supplici libello pro Mandato de relaxando Arresto, vtramque enim cautionem ipsa Arrestorum Constitutio exigit, ergo vt eius dispositio locum habeat, offerri, & interponi debet. Nam † ad veritatem copulæ vtrumque requiritur 10
esse factum, text.in l.si quis ita stipulatus fuerit decem, ff.de verbor.obligat. & in l.si hæredi plures.ff. de conditio.institut.Idque procedit, etiamsi oblatæ cautiones ab Arrestatore non fuerint acceptatæ, quia hoc casu ad euitandam moram, & obtinendum Mandatum in Camera, sola oblatio sufficit, satis est, si petenti cautionem, moram non faciat, per textum notab.in l.1.§. non exigit Prætor.ff.vt in possess.legato. seu fideicommiss. & in l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium.ff.de damn.infect. text.in l.interdum.§.fina.ff. de verbor. obligatio. & in l. acceptam.C.de vsuris,ibi,si per creditorem steterit, quo minus,& in l.si cùm ipse.ff.de excusat.tuto. text.in c.imputari,de regul.iur.libr.6. & in l.in omnibus,la.1.ff.eod. titu. vbi dicitur in omnibus causis pro facto accipi id, in quo per alium mora est, quo minus fiat, ad idem est text.in c.cùm sicut, de eo qui mittit.in possess. causa rei seruandæ.Panormit.ibid.num.5.Barto.in l.litibus,num. 5.C.de agricol. & censit. libr. 11. Alexand. in d. l.si fideiussor. §. si satisdatum, nume.7. vtrobique tradunt practicam † pro impediendo Arresto, vel facto reuocan- 11
do,vt videlicet Arrestatus, vel Arrestandus, idoneè satisdet,vel dicat se paratum esse satisdare. Imò hoc am-

plius Mandata de relaxandis Arrestis in Camera decernẽda sunt, etiamsi nulla adhuc Arrestatori cautio præstita sit, neque aliquod documentum interpositæ, vel oblatæ cautionis exhibitum: dummodò Arrestatus in libello supplici proponat se paratum esse eam incontinẽti præstare, quia hoc, quóad obtinendum Mandatum relaxandi sufficit, si posteà initio processus præstetur. Nam verba
12 † & decreta Cameræ cum effectu accipienda sunt: Wofern der Cleger genugsame cation in gepurlicher zeit erstatten wurdt. Hoc est, quatenus Actor oportunè & sufficienter cauerit, text. in l.1.§. hæc autem verba.ff. quod quisque iur.cum similib. Et ideò si cautio petẽti legitimè non præstetur, aut in tempore offeratur, Arrestatus moram Arrestatoris accusare, & per consequens paritionem Mandati vergere non potest, tex.in d.l.acceptã, & in l.nulla intelligitur.ff.de regul.iur. Nam vbi facto
13 † opus est, sola voluntas non sufficit, nisi illa voluntas facto Aduersarij impediatur, tex.in d.c.cùm sicut, de eo qui mitti. in possess.gloss.ibid.in verbo, voluntatem, tex.in c. cum aliquibus, de sent.& re iudicat & notum est paria esse nihil fieri, vel minus legitimè fieri, text.in l.4.§.condemnatum.ff.d.tit.& in l.non dubium est.C.de legib.nõ cauere, & minus legitimè cauere, text.in l.quoties.ff.qui satisdã.cogant. & in l.de die.§.1.ff.eod. titul. & in c. non præstat, de regu.iur.in 6. quia quod nullum est, actus nomen non meretur, tex.notab.in l.fi.§.fi.C.de sent.ex breuic.recitan.Bal.in l.si vt proponis, nu.5.C.quo.& quandi Iudex.Soc.sen.cõsi.115.nu.11.vol.4.incip.videbatur. Hinc
14 est † quòd præceptũ Iudicis inualidum, à pœna iuris non excuset, tex.in Auth.omnes peregrini.C.commu.de successionib.et in l.factum iudicis.ff.de reg.iur. Ias.in l.iustè possidet, nu.24.cum sequ.ff.de acq.possess. Et quamuis verum sit quod in extrahendis processibus regulariter standum sit narratis supplicantis, cùm benignius sit in dubio decernere, quàm denegare processus, per text.in l.ea quæ in partes.§.in re dubia.ff.de reg.iur. & per notata Obser. lib.1.Obser.31. tamen si narrata illa postea in processu nõ verifi-

verificentur, petitor carebit impetratis, & ad refusionem expensarum tenebitur, text. in c. sedes, & in c. si quando, de rescript. text. in l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilit. public. Quapropter cautio iudicio sisti, & iudicatum solui, initio litis, vel statim postquam Mandatum de relaxando Arresto decretum est, præstari debet, aliàs frustra ad paritionem Mandati agitur, quia qui legem præscriptam non implet, legis beneficio indignus est, text. in l. auxilium. §. fina. ff. de minorib. 25. annis, & in l. qui non facit. ff. de regul. iur. & infrà cap. 11. notaui has cautiones post rem iudicatam non habere locum, vbi vide, cum allegatis ibidem. Obseruandum † quoque hîc cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui, etiam ab Illustribus personis, & Statibus Imperij præstandam esse, quia sic Constitutio Arrestorum expressè voluit, cùm tamen de iure communi ipsis talis cautio ob dignitatis splendorem & præeminentiam remittatur, etiamsi bona immobilia non possiderent, text. in l. quoties. C. de dignitatib. lib. 12. gloss. ibid. in verbo, fideiussionis, gloss. in l. 1. in verbo, fideiussorib. ff. qui satisd. cogan. quæ plures casus enumerat, quibus ista cautio remittitur. Tertium † huius Constitutionis Arrestorum requisitum est, vt Arresta fiant ex causa Ciuili, putà in actionibus personalibus, aut realibus, propter debita, vel ex alia quacunque causa Ciuili: non autem ex causa criminali: veluti si ob delictum bona absentis annotentur, ad effectum, vt fisco probato delicto addicantur, ne crimina impunita maneant, nam tali casu, cùm Cameræ iurisdictio aliàs in criminalibus causis, nisi ratione nullitatis processus non sit fundata, per textum in Ordinat. Cameræ, part. 2. titul. 25. §. 1. Mandata de relaxandis Arrestis decernenda non sunt. Annotationem verò bonorum in criminalibus non habere locum, nisi in grauioribus delictis, per textum in l. 1. & l. 2. C. de requir. reis suprà cap. 1. annotaui. An autem † in casibus, in quibus interdicta est sequestratio bonorum, descriptio fructuum, & aliarum rerum mobilium in causa Ciuili permissa sit, vide Alexand. in dicta l. si fideiussor, §. si satisdatum,

(margin numbers: 15 at "Obseruandum", 16 at "Tertium", 17 at "An autem")

nu.14.ff.qui satisd.cogan. Dicendum est in rebus mobilibus, quæ seruando seruari, & ætatem ferre non possunt, sed ex mora deteriores fierent, aut prorsus interierent, & depreciarentur, officio iudicis venditionem permissam esse, & pretium apud Magistratum loci sequestrari posse, per textum in d.l.litibus.C. de agricol. & censit. libr.11. Barto.ibid.nume.14. text.in l. Diuus.§.1.ff.de petit.hæred. ibi. Sed & res tempore perituras permittere debet Prætor distrahere, & in l.1.§.sed excipiuntur.ff. de ferijs, text.in l.fina.§.fina.C. de admin. tuto. text. notab.in l.fina.ff.de requir.Reis. Vide Obseruat.libr.1.Obseruat.148. vbi hoc prolixiùs notatur, & infrà cap.10. in fine.

CAP. V.

Arrestum Imperij quid differat à Turbata possessione, vel spolio.

SVMMARIA.

1 *Omne Arrestum est turbatio possessionis, sed non econtrario.*

2 *Possessionẽ ex pluribus causis habere possumus, sed nõ dominium.*

3 *Arrestum in re propria non habet locum.*

4 *Ordo iurisdictionum & iudiciorum confundi non debet.*

5 *Ex diuersitate nominum inducitur diuersitas rerum.*

6 *Singulæ actiones, singularia sua requisita habent.*

7 *Agens vna actione, & aliam probans, nihil obtinere debet.*

8 *Requisita interdicti Vti possidetis.*

9 *Requisita interdicti recuperandæ possessionis.*

10 *Spoliatus, contra tertium ante omnia restituendus non est.*

11 Modus

11 *Modus referendi causas in Camera.*
12 *Termini actionum obseruandi.*
13 *Rei innocentis, vel nocentis differentia in Constitutione Arrestorum non consideratur.*
14 *Aliud est Arrestum, aliud Possessio, aliud Spolium.*
15 *Ordinarium remedium facit cessare extraordinarium.*
16 *Cumulatio plurium actionum, quandò licita sit.*
17 *Prouisio generalis an specialem tollat.*

IN decernendis processibus super Cõstitutione Arrestorum diligenter considerandum, an narrata supplicis libelli propriè Arrestis Imperij, & illicitis impedimentis conueniant: an verò nimis effusè sinum extendant, & appellatione Arrestorum omnes turbationes possessionum, & spolia comprehendant. Nam huiusmodi considerationes pro seruando ordine cognitionum, & fundanda iurisdictione iudicis, non vulgarem habent
obseruationem, quia licèt † omnia Arresta regulariter 1
sumpta, speciem turbationis habeant, quia per illa, commodum possessionis impeditur, non tamen omnes turbationes sunt Arresta: verùm differunt inter se, sicut genus & species, sic beneficium in genere sumptum plura comprehendit, videlicet priuilegium, rescriptum, & dispensationem, secùs si in specie sumatur, per notata Ias. in l. fina. nume. 25. ff. de constitut. princip. Bart. Doct. ibid. quemadmodum iurisdictio in genere sumpta, continet merum & mixtum imperium, sed non omnis iurisdictio in speciel merum & mixtum imperium comprehendit. Doct. in l. imperium. ff. de iurisdict. omni. iudic.
Sic etiam aliud † est dominium, aliud possessio, illud ni- 2
si ex vna causa contingit, illa verò ex pluribus. Nam ex pluribus causis eandem rem possidere possumus, sed ex pluribus causis, idem non potest esse nostrum, text. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de regul. iur. & in §. sic itaque discretis. Instit. de actionib. text. in l. nemo rem suam. ff. de verbo. obliga. & in l. scire debemus, §. si à fure. ff. eod. titu. Vnum est enim genus possessionis, sed plures eius species

per iura allegata, & glo. in c. inter dilectos, in fine, in verbo, quod meum est, de fide instrum. Bal. in d. l. fin. nu. 25. Latius ergo patent turbationes, quàm Arresta: Et ideò si quis reproducto Mandato de relaxando Arresto, excipiendo dicat † Aduersarij rem non impediuisse, sed rei suæ incumbere, & rem suam detinere, & sic nemini iniuriam facere, per textum in l. nullus videtur. ff. de regul. iur. hoc casu non à præcepto executiuo incipiendũ, sed turbatum, aut spoliatum ad ordinariam iuris viam, putà, Zu den außtreglichen Richteren remittendum, text. in l. si duo. ff. vti possidetis, & in l. vnica. C. eod. titul. Ordinat. Cameræ parte 2. titu. 8. aliàs ordo iudiciorum con-
4 funderetur, quod † fieri non debet, text. in c. peruenit, 11. quæst. 1. & in l. nemo. C. de iurisdic. omni. iudic. text. in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. ibi, manebit ordo executionis, & in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. eod. titu. ne alijs Constitutionibus Imperij de turbata possessione, & spolio, contra Ordinat. d. titul. 8. part. 2. fraus fiat, & Statibus beneficium primæ instantiæ adimatur, quod in casibus specialiter non exceptis, dispositioni Constitutionum Imperialium relinquendum est, text. in l. quicquid astringendæ. ff. de verbor. obligatio. & in l. commodissimè. ff. de liber. & posthum.
5 Quò pertinet, † quod ex diuersitate nominum, inducatur diuersitas rerum, text. in l. si ijdem codicilli. C. de codicil. Bar. ibid. nu. 1. text. in §. est & aliud, vers. sed nos plenius. Instit. de donat. Bart. in l. 1. §. vnde quæritur, nu. 3. ff. de publican. & vectigal. text. in l. 1. ff. de præscript. verb. Paris. consi. 3. nu. 6. volum. 4. incip. singula gesta. Et quod ex diuersitate factorum diuersæ actiones descendant, secundum varias causarum figuras, text. in d. l. scire debemus, ff. de verbor. obligat. & in d. l. 1. ff. de præscript. verb. text. in l. plura debita. ff. de priuat. delic. et in l. nunquàm, ff. de actio & oblig. Alex. consi. 70. nu. 6. & 7. incip. in causa & lite. Idem in l. 1. vbi communiter Doct. ff. de edend.
6 Habent † enim singulæ actiones singularia sua requisita, quæ cum alijs actionibus permisceri, & imperitè cõfundi no debent, prout latè videre est in Rofredo de libellis,
& in

& in practica Specul. Ferrarien. & aliorum. Doc. in d.l.1. ff. de eden. & in §. omnium. Inst. de actio. tex. in l. qui seruandorũ, §.1. ff. de præscrip. verb. & in l. si rẽ tibi. ff. eo. tit. tex. in l. singulis. ff. de excep. rei iud. aliàs actor in iudicio succumbet ꝑ regulam, quòd † agẽs ex vna causa & aliam 7
probans nihil obtinere possit, per text. in l. habebat. ff. de instito. actio. & in l.1, §.1. ff. si men. fals. mod. dixe. gl. ibid. in verbo, nec tenere, text. in l. cũ quærebatur. §. si fuero. ff. iudica. solui. Panor. in c. dilecti, nu.11. de libel. oblat. Bart. in d. l.1. nu.12. ff. de edend. De requisitis Arrestorum dixi supra cap. proximo. Interdicti verò retinẽdæ † possessio- 8
nis requisita sunt, possessio ex parte Agentis, & turbatio ex parte Rei, tex. in l.1. §. hoc interdictum, & §. fi. ff. vti possid. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu.72. ff. de acq. vel amit. possess. Specu. in titu. de caus. poss. & propriet. §. 1. num.6. Ferrar. in forma libelli pro turbata possessio. in verbo, hodie. Sic † spoliatus duo extrema probare debet. 9
Primò, possessionẽ tempore spolij. Secundò, quòd spoliatus sit ab eo qui conuenitur, Vel de mandato eius, vel eo ratum habente, per textum in c. cùm olim, de causa poss. & propriet. & in c. cùm ad sedem, de restitut. spoliat. tex. in c. consultationibus, de offic. & potest. iudic. deleg. & in l.1. §. si quis, versic. interdum. ff. de vi & vi arma. glo. ibid. in verbo, possideat. Deci. consil.125. nume.1. incip. in causa spoliationis, & consi.671. num.1. & 2. incip. applaudunt rationes. Hinc est, † quòd Spoliatus non sit ante 10
omnia restituendus, si tertius exceptionem dominij Spoliato obijciat, rem esse suam, & non spoliatam, per notata Panorm. in c. in literis, num.7. & nu.33. de restitut. spoliato. Alexan. in d. l. naturaliter. §. nihil commune, nu.53. Zas. num.60. Menoch. in primo remedio recuper. possess. nu.372. cum seq. Ratio, quia deficit secundum requisitum, prætereà odium spolij, quod afficit spoliantem, non habet locum contra tertium, per text. in l. bona fides, versic. quòd si ego. ff. deposi. Panor. in d. c. in literis, nu.33. Et sic de singulis actionibus, quarum requisita si facto in iudicium deducto non conueniunt, Reus ab actione intentata, absolui debet, quod à iuuenibus Aduocatis,

& Iudicibus ſolicitè obſeruandum, & in votis concipiendis, aut dictandis ſententijs ante omnia examinādum, an actiones intentatæ cum ſuis neceſſarijs requiſitis probatæ, & legitimis exceptionibus Rei eliſæ non ſint. Qui modus referendi & iudicandi laudatiſſimus, & in Camera Imperiali longo vſu vtiliter firmatus eſt. Seruandi igitur ſunt termini † ſingularum Actionum, nè indiſcretè & imperitè confundantur, & ſententiam nullitatis arguant, text. in d.l. ſingulis, & in d. l. nunquàm plura. ff, de priuat. delict. text. in l. cùm ex vno. ff. de act. & obliga. & in l. plura delicta. ff. eod. titu. text. in l. & ita de facto. §. fina. ff. naut. caup. ſtabul. gloſſ. notab. ibid. in verbo, conuentus, aliàs incipit. l. idem ait. §. fin. Itaque huiuſmodi turbationes & ſpolia, non per viam præcepti immediatè in Camera, ſed per ſententiam diffinitiuam coram ordinario Iudice, iuris ordine ſeruato terminari, & poſteà per appellationem ad Cameram deuolui debent. Conſtitutio verò Arreſtorum propriè ad illa impedimenta pertinet, quæ facti ſunt, & non iuris: & ſic de iure reprobata, quando videlicet Status Imperij, alterius Status res proprias, vel ſubditi ſui, ex alia cauſa quàm turbata poſſeſſione, vel ſpolio impedit, ad illum videlicet finem, vt Arreſtatori reliqua ſoluantur, aut interpoſitis cautionibus iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, de indemnitate ei probè conſulatur, argument. l. ſi cuius rei, ff. de vſufruct. Neque † in hoc proceſſu Mandati de relaxando, ſolicitè curandum, an res impedita ſit innocens, necne: Sufficit, quod per viam facti, & Arreſtorum quis ſibimet ius dicere velit, dummodò in re impedita nihil aliud iuris quàm ſolutionem debiti in pecunia, frumento, vel ex alia ciuili cauſa prætendat, idque ex pacto, conuentione, aut longa, & quieta poſſeſſione: talia enim pacta ſeruanda ſunt, & non ſolùm inter Status Imperij obtinent, ſed etiam inter priuatas perſonas, iuſſu Magiſtratus loci quotidiè fiunt, & permittuntur, per textum in l. 3. C. de pignorib. & in l. penultim. C. de pignorat. action. textus in l. contractus. ff. de regul. iur. & in l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti.

Aliud

Aliud verò est in Constitutione † Pignorationis, vbi rei 14
nocentis, vel innocentis pignoratio, pro fundanda iurisdictione Cameræ, inter cætera requisita consideratur, sicut dixi in Tractatu de Pignorationibus, Obseruat.3. Obseruandæ igitur sunt actionum differētiæ, tex.in d.l.nunquàm plura. nam aliud est Arrestum, aliud Possessio, vel spolium, d.l.3.§.ex pluribus. ff.de acquiren.possess. & in d.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.eod.titul.Singulis enim, singula attributa sunt requisita, text.in d.l. singulis. ff.de except. rei iudica. ne modus litium multiplicatus, summam atque inexplicabilem faciat difficultatem, ita tex.in d.l.singulis, gloss.1.ibid. & qui ordinario † reme- 15
dio vti potest, non debet ad extraordinarium confugere, text.in l.in causæ.la.2.ff.de minorib.25.an. & in l.in prouinciali.§.si in loco.ff.de noui oper.nuncia. Ias. ibid.nu. 9. vbi regulam illam sex modis limitat. Hinc est, quòd ineptè agat quis actione ad exhibendum, pro editione testamenti, vel de rebus ad illud pertinentibus, cùm sufficiant sibi interdicta de tabulis exhibendis, text.in l.1. ff.de tabul.exhib.& toto titul. C.eod. text.in specie, in l.3.§.si quis extra hæredem.ff.ad exhib.tex.in l.si quis hominem. ff.eod.tit. & in l.3.§.solent. ff.de tabul. exhib. gloss. ibid. in verbo, adscriptum, text. in l.1. §.illud vtique. ff. de vi, & vi arma. ibi, nam ex causa furti. Et licèt cumulationes
† plurium actionum in vno eodemque libello valeant, si 16
ex diuersis causis ad diuersa agatur, nec obstent regulę cumulationem impedientes, per text. in l.si idem cum eodem. ff.de iurisdict.omn. iudic. Bartol. & Docto.latè in d.l.1.ff.de eden.& in l.1. C.eod.tit. Panorm.in c.1.nume. 30.de libell.oblatio. & in c.2.de caus.poss.& proprie. vbi gloss.notab.in verbo, expressum.& in c.quærelam, in verbo, petens, de electio. & electi potesta. tamen illa cumulatio interdicta est, si ex diuersis causis ad diuersa agatur.
Docto. vbi suprà. Sic prouisio † generalis, per specialem 17
tollitur, si diuersos operentur effectus, & species sit contraria generi, per text.in l.1.§.vnde quæritur.ff.de public. & vectigal. Alexan.in l.1.§.hoc autem edictum, num.9.ff. de noui oper.nuncia. Bartol.ibid.nume.7.vbi hoc decla-

rat. Cùm itaque prædicta remedia Arrestorum, turbatæ possessionis, & spolij diuersa sint remedia, & diuersos operentur effectus, consequens est, simul vno, & eodem tempore intentari non posse, sed benè diuersis vicibus, & separatis libellis, per textum in l. prima. C. de furtis. & in l. Aurelius. §. final. ff. de liberat. legat. Iason in l. eum qui, numero 2. C. de inoffic. testamen. Ordinatio d. titul. 8. par. 2. Bartol. in dicta l. prima. §. hoc autem edictum, nume. 7. & in dicto §. vnde quæritur, eod. nume. text. in d. l. nunquàm plura, ff. de priuat. delict. & in d. l. plura. ff. de actio. & obligat. Bartol. latè ibid.

CAP. VI.

An diuersitas patrimoniorum eximat Statum Imperij à iurisdictione Cameræ Imperialis, & dispositione Constitutionis Arrestorum.

SVMMARIA.

1 *Arresta extra territorium Arrestati facta, à quo relaxanda sint.*

2 *Verba dispositioni conuenire debent, ad hoc, vt locum dispositio habeat.*

3 *Arresta Imperij cur interdicta sint.*

4 *Qualitas suo subiecto inhæret, & à persona separari nequit.*

5 *Feudo apprehenso, omnes eius pertinentiæ veniunt in consequentiam.*

6 *Maiore lumine, minus obfuscatur.*

7 *Genus à digniore parte sui nomen assumit.*

8 *Bonorum possessio non facit subditum, sed domicilium.*

9 *Bona quandoque personas nobilitant, & iurisdictionem Cameræ fundant.*

10 Sta-

10 *Status quando respectu bonorum, alterius Status subditus esse reputetur.*
11 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
12 *Res transit cum suo onere, & sua causa.*
13 *Nemo possessionis causam sibi mutare potest.*
14 *Vna persona vicem duarum, diuersis respectibus, repræsentare potest.*
15 *Rex Hispaniæ quomodo sit Status Imperij.*
16 *Rex Daniæ, vt Dux Holsatiæ, Imperium superiorem recognoscit.*
17 *Libertas, & seruitus in eodem subiecto diuersis respectibus esse possunt.*
18 *Duæ qualitates in vnam personam concurrentes, quando diuersos operentur effectus.*
19 *Patrimonij diuersitas quid operetur.*
20 *Dispositio diuersis respectibus potest esse fauorabilis, vel odiosa.*
21 *Domicilia plura, diuersis in locis quis habere potest.*
22 *Rei suæ legem imponere quilicet potest.*
23 *Pactum valet, quo quis ad seruiendum alteri se obligat.*
24 *Dominus subditos defendere, & tueri tenetur.*
25 *Iura Imperij diuersis respectibus considerantur.*
26 *Subditus onera subiectionis paratè subire debet.*
27 *Qualitates diuersæ, effectus operantur diuersos.*
28 *Diuersas artes exercens, ad vtriusque Collegij onera obligatur.*
29 *Vasallus Ligius an quis duorum insolidum esse possit.*
30 *Substantialia feudi Ligij duo sunt.*
31 *Prorogatio iurisdictionis in præiudicium Imperij facta, nulla est.*

QVID

QVID si Status, siue Consors Imperij, putà Comes aliquis, aut Baro, in diuersis locis extra suum Comitatum, vel Baronatum, sub alio Statu, dominia cum Castris, Villis, & Subditis possideat, & in illis à Domino loci, vbi bona sita sunt, fiat Arrestum, siue Impedi-
1 mentum, an † ob talia Arresta extra Comitatum, vel Baronatum interposita, Mandata de relaxando sub cautione iudicio sisti, & iudicatum solui, ex Constitutione Arrestorum in Camera decerni possint, & sic hoc casu eiusdem iurisdictio immediatè fundata sit? Quid obstat? cùm hic requisita Constitutionis concurrant, personarum, & rerum qualitas, atque cautionum super futura lite congrua oblatio. Sed quæstio ista longiùs producenda, altioreque indagine, sub distinctionis fœdere, discutienda est. Aut enim Status Imperij simpliciter ob patrimonij amplitudinem, sub alio Statu & Consorte Imperij bona libera, & immediatè à Cæsare & Imperio dependentia possidet, non vt alterius Status subditus, sed iure proprio, & Imperij, quales multi in Imperio reperiuntur, sicut infrà latiùs explicabitur. Aut possidet bona in alterius Status Territorio, & Prouincia, tanquàm subditus illius Status, idq; ex pacto, conuentione, statuto Prouinciæ, aut iure successionis vniuersalis, aut particularis, aut longissima, & quieta possessione, vel legitima præscriptione. Primo casu, Cameræ iurisdictionem ob talia Arresta extra Comitatum, vel Baronatum facta, fundatam esse existimo, & per consequens, Mandata de relaxando Arresto sine clausula iustificatoria ex Constitutione Arre-
2 storum, ibidem rectè decerni posse. Ratio, † quia verba Constitutionis personis & rebus conueniunt, ergò eius dispositio quoque obtinere debet, per vulgaria, non attento situ possessionis bonorum. Lex enim principaliter ratione personarum Imperij scripta est, licèt bona alibi sita sint, quæ in consequentiâ suo subiecto accedunt. Nam ita verba Constitutionis sonant, Da einer dem Reich ohn mittel vnderworffen (einem andern gleicher gestalt vnderworffen) dessen Güter vnnd Vnderthanen arre-

arreſtieren würde / hoc eſt, Si Status alterius Status bona, vel ſubditos arreſtauerit. Et ſic lex Imperij † principaliter perſonarum dignitatem & qualitatem conſiderauit, quæ huiuſmodi illicitis Arreſtis ab animorum coniunctione ſeparari, & ſic turbas in Imperio excitare poſſent per rationem, quòd par in parem nullum imperium, nullam iuriſdictionem habeat, per ea, quę ſuprà cap. 4. notata ſunt. Vnde Accurſius in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. vel retin. poſſeſſ. in verbo, per vnum, iocosè notauit, Aſinum indignitate Imperij intumeſcere, quando ſe ab æquali apprehendi videt. Sufficit ergò ad decernẽdos proceſſus, & fundãdam Cameræ iuriſdictionem, qualitas illa perſonarum, quæ ſuo † ſubiecto, vt dixi, ſemper inhæret, & à perſona vbicunque locorum bona ſita ſunt, auelli & tolli nequit, ſed veluti acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & ab eo fomentum accipit, tex. in c. ſtatutum, de electio. in 6. & in c. vbi periculum. §. cæterum, eodem tit. in antiq. tex. in l. quod per manus. ff. de iure codicillo. & in l. cùm principalis. ff. de regul. iur. Bartol. in l. 1. nume. 2. ff. de ſeruitut. Ad cuius regulæ ampliationem pertinet, quòd † feudo apprehenſo, veniant in conſequentiam omnes eius pertinentię, etiamſi nihil dictũ ſit, quia non ſeparantur à ſuo principali, ſed cum illo vnum integrale conſtituunt, per text. in l. ſi venditor. §. final. ff. de actio. empt. & in l. Iulianus. §. final. ff. eodem tit. text. in l. qui fundum. §. in lege. ff. de contrahen. empt. Idque in omni diſpoſitione, tam in contractibus, per iura allegata, quàm vltimis voluntatibus obtinet, tex. in l. teſtatrix. §. fina. ff. ſi ſeruitut. vendit. Quò pertinet, quòd † maiore lumine, minus obfuſcetur, & quod in vnitis magis dignum ad ſe minùs trahat, tex. in c. quod in dubijs, de conſecrat. eccleſ. & in c. vnico, eod. tit. in 6. Iaſ. in l. imperium, num. 3. ff. de iuriſdict. om. iudic. Sic Eccleſia per omnia alteri vnita, accedit digniori cum omnibus ſuis priuilegijs. Bald. in l. 2. num. 1. C. commun. de legat. vide prolixiùs Obſeruat. lib. 2. Obſeruat. 61. Et genus † à digniore parte ſui nomen aſſumit, tex. in l. quæritur, ff. de ſtatu homin. & in l. repetundarum. §. fi. de teſtib. tex. in l. ſancimus. §. ne autem.

Margin numbers: 3 (line 2), 4 (line 13), 5 (line 23), 6 (line 33), 7 (line 41).

tem. C.de donatio. gloss. ibid. in verbo, ampliorem. & in l.1. in verbo, stipulatio. ff. de verbor. obligat. Bald. in d. l. 2. num. 1. C. commun. de lega. vbi dicit per illum tex. potentius trahere ad se minùs potens, & communicare illi propriam suam dignitatem, & priuilegia, per tex. in d. l. quęritur, cùm alijs iuribus suprà ad hoc allegatis. Itaque qui Status Imperij est, vbique locorum dignitatem suam retinet, & qualitas personam, sicut vmbra corpus sequitur:
8 non attenta bonorum possessione, quia sola † bonorum possessio non facit subditum, tex. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. sed domicilium Imperij, tex. in l. domicilium. ff. eodem tit. & in l. si in patria. C. de incol. libr. 10. gloss. communiter approbata, in Clement. vnica. §. eisdem, in verbo, subditos, de foro compet. Meminisse tamen oportet, quandoque etiam bonorum † rationem, quóad fundandam iurisdictionem Cameræ, considerari, veluti, si personæ occasione bonorum nobilitentur, & feuda dignitatum immediatè à Cęsare, & Imperio possideāt, & eorum nomine conueniantur, als inhaber des H. Reichs Lehengüter vnd Herrschafften/ vti in fiscalibus processibus in Camera quotidiano vsu compertum est, tex. in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. Bartol. ibidem nume. 1. Iacobi. de Sanct. Georg. de feudis, in verbo, Comes de Villaris, nume. 1. vide Obseruat. lib. 1. Obseruat. 30. Et hactenùs de primo casu. Altero verò, quando Consors,
10 † siue Status Imperij, sub alio Statu Imperij Dominia, Castra, Oppida, Villas cum Subditis possidet, non iure proprio, & Imperij, sed principaliter iure municipali, tanquàm subditus eius loci, vbi bona sita sunt, idque vel iure contractus, aut successionis vniuersalis, vel particularis, vel ex generali Prouinciæ statuto, vtputà, si initiò bona ea lege empta sint, vt possessor illorū subditus Domini Territorij, ein Vnderthan/ vnnd Landtsaaß/ eique homagium, siue iuramentum subiectionis præstare teneatur, hoc inquam, secundo casu Cameræ iurisdictionem super Arrestis talium bonorum interpositis, ob defectum qualitatis personæ, non esse fundatam, sed ad iudi

cem

cem loci competentem pertinere existimo. Primo, † quia 11
notum est, contractus ex conuentione legé accipere, tex.
in l. contractus. ff. de reg. iur. & in l. 1. §. si conueniat. ff. depos.
cum similib. nihilque tam naturali æquitati consentaneum
sit, quàm pacta seruare, text. in l. 1. ff. de pact. Secundò,
† rem transire cum sua causa, & onere ad hęredem, 12
vel singularem successorem, text. in l. cùm mater. C. de
rei vendicat. & in l. veteris. C. de contrahen. & committ.
stipul. tex. in l. 2. & in l. fin. C. sine censu vel reliquis fund.
compara. non posse. text. in l. alienatio. ff. de contrahen.
empt. & vendit. & in l. tutor. §. fina. ff. de pignorat. actio.
& in l. 1. §. si hæres. ff. ad S. C. Trebellia. Tertiò, † nemi- 13
nem sibi possessionis causam mutare posse, sed personam
sui authoris repræsentare, tex. in l. 3. §. illud quoque. & in
l. Pomponius, §. cùm quis. ff. de acqu. vel amit. poss. & in l.
cùm nemo. C. eod. tit. tex. in l. ad probationem, in fi. C. locati.
& in d. l. cùm mater. & d. l. veteris. Quarta ratio diuersitatis
est, quòd hoc casu talis Status duplicem † per- 14
sonam, diuersis respectibus, sustinere, & repræsentare dicatur,
vnam Imperialem, alteram Municipalem, siue Prouincialem,
idque vtrobique æquè principaliter. Posse autem
vnum, eundemque hominem diuersis respectibus &
qualitatibus duplicem personam repræsentare, diuersoque
iure censeri, in iure & Imperio illustribus exemplis,
& testimonijs notum, & comprobatum est. Rex † Hispa- 15
niæ ratione Ducatus Burgundiæ Status Imperij est: ratione
verò Regni Hispaniæ non est, sed superiorem non recognoscit.
Et ideò quóad Ducatum Burgundiæ, in Comitijs
Imperialibus non vt Rex, supremum locum occupat,
sed vt Dux Burgundiæ suo ordine sedet inter Principes
Imperij, iuxta receptam antiquitùs possessionis consuetudinem.
Alia eiusdem generis exempla in Imperio passim
sunt obuia, veluti in Rege † Danię, qui vt Rex, Imperiũ 16
nõ recognoscit, attamen vt Dux Hollsatiæ, Cęsari subest,
& Status Imperij habetur. Sic Dux Cliuensis in Flandria,
Brũzwicẽsis in Hollãdia vrbes, arces, & dominia possidet,
quorũ respectu nõ in Imperio, sed in Flãdria, vel Hollãdia
forum

forum sortiuntur. Estque notorium per totam Germaniam, multos esse in Imperio Comites, & Barones, qui etsi feuda dignitatum, & nobilia ab Imperatore recognoscant, ideoque inter Status & Ordines Imperij referantur, tamen quia in aliorum Principum Prouincijs dominia quoq; & domicilia sua habeant, eorum respectu pro subditis illorum Principum indubitatè haberi, & proindè ad onera & munera talium Prouinciarum æquè atque alij prouinciales teneri, vt in Austria, Bauaria, Saxonia, Marchia, Hassia, & alijs Prouincijs tam Ecclesiasticorum, quàm secularium Statuum personis perspicuum est. Sed quid opus longa, & solicita exemplorum enarratione? Res est publica Imperij lege in Comitijs Augustanis, Anno 48. §. wiewol auch in Ringerungs handlung & in §. aber der Grauen / apertè decisa, sicut in specie de Comitibus à Tübingen / ibidem videre est. Prædictam quoque distinctionem iure probari, multis exemplis declarat Nicola. Euerhard. in loco de tanquàm, siue respectiuis, per textum apertum in c. cùm capella, de priuileg. & in c. ex literis, de probatio. gloss. ibidem in verbo, vices duorum, facit text. notab. in l. perferendum. §. fina. ff. de furt. & in l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. text. in l. duorum libertus. ff. de oper. liberto. Neque contraria,
17 ria,† vel absurda sunt, aliquem esse respectu vnius in libertate, & respectu alterius in seruitute, quia separatorũ separata est ratio, per text. in d. l. duorum, & per vulgaria. Vnde Dominus territorij Arrestato, asserenti se Statum Imperij esse, & causam hanc ex Constitutione Arrestorũ immediatè ad Camerã pertinere, obijcere potest, Quóad ista bona, tu non es Status Imperij, sed iure successionis, vel cõtractus, aut statuto Prouinciali, subditus meus, & homo iurisdictionalis, & sic ratione istorum bonorũ, quóad te liberas ædes habeo, & æqualitatem Imperij nullam in te agnosco, text. in l. loci corpus. §. competit. ff. de seruitũ. vendic. proindè si arrestatione horum bonorum te grauatum sentias, iudicem competentem, non Cameram in prima instantia adire debes, faciunt ad hoc notata

Bald.

Bald.in c.cùm ſuper,num.1.de ſenten.& re iudic. & in l. ſed ſi hac lege.§.ſi liberto. nume.1. ff.de in ius vocan. vbi dicit,quòd reſpectu diuerſorum feudorum, aliquis poſſit eſſe Vaſallus Vaſalli mei,per notata infrà cap.proxim. Zaſ.in tracta.feud.par.7.num.19. vbi dicit,quòd diuerſis reſpectibus poſſit aliquid eſſe minus, vel maius, veluti, ſi ſuperior ab inferiore feuda accipiat,ſicut in Imperio frequentiſſimum eſt, quòd Principes ab Abbatibus, & alijs inferioribus Statibus, feuda accipiant, quo caſu inferior erit maior ſuperiore. Roman. conſil. 47. per totum, incip.viſis neceſſarijs.& conſil.422.nume.1. incip.iſte Franciſcus, vbi dicit, † quando in vnam perſonam duæ qualitates concurrunt, quarum vna ab altera ſeparari poſſit,quod tunc de ea perſona iudicandum ſit,ſicut de duabus,per tex.in c.poſtulaſtis, ibi,niſi fortè,de conceſſ.pręb. bend.& in c.à collatione,de appellat.in 6.text.in l.Titia. §.qui Marco.ff.de annu.legat. & in d.c.cùm capella. Platea in l.3.num.2.cum ſequen.C.de dignitatibus,lib.12.Panorm.in c.per venerabilem,num.13.qui filij ſint legit. vbi dicit,quòd in eodem homine diuerſæ qualitates concurrere poſſunt,quarum effectus ſit,vt talis perſona loco plurium habeatur, próut patet in allegatis exemplis Imperij. Huc etiam ſpectat,† quòd ob patrimonij diuerſitatem quis duplex homo eſſe cenſeatur, vnus in loco domicilij,& alius in loco poſſeſſionis bonorum. Quocircà, ſi vtrobique diuerſæ ſint teſtandi conſuetudines,accidere poteſt,vt quis partim teſtatus, & partim inteſtatus decedat,contra l.ius noſtrum.ff.de regul.iur. Bartol.in l.1.nume.26.C.de ſumma Trinit.& fide cathol. Bald.ibid.num. 16.Alexan.conſil.128.nume.2.volum.1.incip. conſideratis verbis. Gozad.conſil49.nume.9. incip.circa primum. Sic diſpoſitio aliqua,† diuerſis reſpectibus poteſt eſſe partim fauorabilis,& partim odioſa, vt in ſtatuto fœminas, extantibus maſculis, excludente: quæ diſpoſitio, reſpectu fœminarum odioſa eſt, cùm natura nullam ſexus differentiam faciat,text.in l.maximum vitium.C.de libe.pręteri.Menoch.in primo remedio recuperan.poſſeſſ.num. 33.cum ſeq.vbi hoc pluribus exemplis præclarè oſtendit:

18 19 2 20

D reſpe-

respectu vero masculorum, agnationis, & familiæ conseruandæ gratia, fauorabilis est, per notata Obseruat. libro
21 2. Obser.122. Menoch. vbi supra. Ad idem facit, quòd † quis in diuersis locis plura domicilia habere, & vtrobique forum respectiuè sortiri possit, idque tam in realibus, quàm personalibus, quia domicilium propriè, vt dictum est, subditum facit, per iura allegata. Prædictis non obstat, quòd qualitas subiecto suo inhæreat, & ab eo diuelli nequeat, sed accessorium principale suum sequatur, & naturam dignioris assumat, text. in d. l. cùm per manus. ff. de iure codicill. quia hoc verum est in primo distinctionis membro, quando persona principaliter soli Cæsari, & Imperio subiecta est, & bona alibi sita accessoriè veniunt: secùs si vna persona diuersis respectibus, pluribus subdita sit, & vtrobique æquè principaliter forum sortiatur, idque successione, pacto, statuto,
22 vel præscriptione firmatum sit. Potest † enim quilibet rei suæ legem, quam vult, imponere, tot. titul. C. de pact. inter empt. & vendito. composi. text. in l. si in venditione. ff. com. prędio. & in l. legem. C. de pact. text. in l. 11 ff. de solutio. & in l. Status. ff. de religio. & sumpt. funer. cùm quilibet sit moderator, & arbiter rei suæ, text. in l. in re mandata. C. mandati. & suprà dictum sit, contractus ex conuentione legem accipere, d. l. contractus. ff. de regul. iur. Hinc dicimus, pacta specialia legem repræsentare, vulgariter, Willkür bricht Landtrecht. Henning. con-
23 sil. 10. num. 7. incip. factum tale. Hinc † quoque est, quòd pactum, quo homo liber promittit pro se, & hęredibus suis mihi seruire, & obedire, valeat, per textum in c. grandi, de supplen. negligen. prælat. in 6. ibi, fidelitate, homagio, iuramento, seu pacto. Speculat. tit. de feud. homag. & fidelitatib. §. quoniam, numero 8. quem ad hoc omninò vide, dicentem, hominis libertatem obligatione seruitiorum non minui, sed potiùs augeri, cùm Dominus subditum contra omnem iniuriam aliorum tueri, & defendere teneatur: aliàs negligentia defensionis dominatus ipsius in tyrannidem abiret, & dominica potestate abuteretur, nam Dominorum, & Subditorum fides cæte-
ris

ris paribus, ſecundùm plus & minus, reciproca eſſe debet, text. in c. 1. in fin. de forma fidelit. Prætereà notum eſt, contractus † initiò eſſe voluntatis, poſtea verò neceſ- 24
ſitatis, text. in l. ſicut. C. de actio. & obligat. & in l. ab initio. C. de nupt. text. in l. quamuis. ff. de pignor. actio. & in l. ſi mandauero. §. fina. ff. manda. quia quod ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poteſt, textus in c. quod ſemel. de regul. iur. in 6. Itaque qui ſciens prudensque ſe alterius poteſtati ſe ſubijcit, vel rem cum onere ſubiectionis acquirit, pactis ſtare debet, cùm nemo inuitus emere cogatur, text. in l. neque emere. C. de iure delibera. & in l. inuitum. C. de contrahend. emptio. text. in l. 2. §. ſi tres. ff. de collat. bonor. ibi, quia in poteſtate eorum fuerit, facit text. in l. qui pecuniam. ff. ſi certum peta. Neque ex hac diſtinctione diuerſarum qualitatum Curiæ Imperiali, aut eius dignitati quicquam decedit, vel iura Cæſaris, aut Imperij labefactantur, † quia vtrobique diuer- 25
ſis reſpectibus iura vtriuſque Fori, & Curiæ, æquè principaliter ſuæ integritati relinquuntur: nihil qualitati, tanquàm formæ indiuiduæ, adimitur, ſed qui Status Imperij eſt, manet, reſpectu Curiæ Imperialis, integrè Status Imperij, cum omnibus ſuis qualitatibus, priuilegijs, & iuribus Imperij, Stationem, & Seſsionem in Conuentu Imperiali retinet, ſoli Cæſari ſubditus eſt, & alium ſuperiorem non recognoſcit. Qui verò diuerſo reſpectu etiam alterius Status homo iuriſdictionalis, & ſubditus eſt, ſubiectionis onera patienter ferre, & paratè ſub- 26
ire debet, quia perindè ſeruitia à ſubdito ac pecunia credita petuntur, ſicut reſpondet Iuriſconſultus in perſona liberti, in l. à duobus. ff. de operis libert. cùm hoc caſu Status, vt ſuprà dixi, duplicem perſonam ſuſtineat, vnam Imperialem, alteram Municipalem, idq; vtrobique æquè principaliter, ita vt ex qualitate perſonæ, & ſubiecti, nihil acceſſoriè veniat, per iura ſuprà ad hoc allegata. Et ideò quóad bona municipalia, forum ex Conſtitutione Arreſtorum in Camera immediatè non ſortitur, ſed competentem iudicem loci, vel Ordinationis adire debet, vt ſuprà exéplis Imperij comprobatũ eſt. Hę enim

qualitates planè diuersæ & separatæ, in eodem subiecto, citra eius corruptionem simul consistere possunt, nec vllam inter se, ex natura separatorum continent repugnantiam, neque per actum vnius impeditur administratio alterius, text. in d. l. duorum libertus. ff. de oper. liberto.
27 Quoties † enim duæ qualitates simul concurrunt, quarum quælibet per se potest operare suum effectum, tunc vna qualitas alteri non derogat, per notata Bald. in l. Titia textores, num. 1. ff. de legat. 1. Ias. ibid. num. 26. Alexan. num. 6. Bartol. in l. si consul, nume. 1. ff. de adoptio. per illum text. & tex. in d. l. duorum libertus. Felin. in c. 2. num. 10. de probatio. vbi dicit, exercentem † duas diuersas mœ-
28 chanicas artes, ad onera & statuta vtriusque Collegij obligari. idem attestatur Roman. d. consil. 422. per text. in d. c. postulastis, de concess. præbend. & in l. penult. ff. de offic. Assessor. tex. in l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad S.C. Trebell. & in l. hac parte. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. 12. gloss. ibid. in verbo, duplici, tex. in l. fina. §. nec sit concessum. C. de Assessor. Platea. in l. eis quidem. C. qui milita. poss. vel non. lib. 12. per rationem prædictam, quòd tali casu vices duarum personarum sustineat, & repræsentet.
29 Imò nonnulli existimant, vasallum † arctioris fidei, siue Ligium, vt vocant, duorum insolidum esse posse, diuersis tamen respectibus, maximè, si vnius seruitium alterius nō impediat, vt tenet Roman. d. consil. 47. Sed communis est in contrarium, neminem duorum Ligium insolidum esse posse, sed benè duorum Vasallum, non Ligium, per glo. communiter approbatam in Clemen. pastoralis. §. rursus non est, in verbo, homoque Ligius, de senten. & re iudica. Bald. in c. cæterùm, nume. 7. de iudicijs. vbi hoc declarat Specula. in d. §. quoniam, tit. de feudis, num. 26. Iacobi. de S. Georg. in tract. de homagijs, in 6. per textum in
30 d. c. grandi, de supplen. negligen. prælato. lib. 6. nisi † hoc contingat ratione successionis, quo casu Vasallus duos Ligios dominos habere potest ex eodem stipite natos. Bald. in d. c. cæterùm. Molinę. in Consuetud. Parisien. parte 1. gloss. 5. in verbo, le fief, nume. 6. vbi refert feudi Ligij duo substantialia esse: Primum, quod hoc disertis verbis in con-

concesſione feudi exprimatur. Alterum, quòd Vaſallus iuret fidelitatem, nullius alterius fidelitate excepta, per tex. in d. Clemen. paſtoralis. §. rurſus. gloſſ. ibid. in verbo, homoque Ligius. Ex quibus omnibus conficitur, qualitates diuerſas in vnum, idemque ſubiectum, eodem tempore concurrere poſſe: & diuerſis reſpectibus diuerſos operari effectus, valereque pactum, quo quis ſe alterius hominem conſtituit, & ſubditum facit, & alterius iudicis iuriſdictionem prorogat, tex. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Bald. & Doct. ibid. dummodò † illa prorogatio non ſit Imperio nocumento, & præiudicio, veluti, ſi Status Imperij, velit ſe à iuriſdictione Imperij omninò eximere, & alterius poteſtati ſubijcere, quod fieri nō poteſt, nec debet, tex. in l. ſi domus, ibi, quod ad ſtillicidiū. ff. de ſeruitu. vrbano. prædio. & in l. ſi eo loco. ff. de ſerui. vendi. Bal. in d. l. ſi quis in conſcribendo. vide Obſer. lib. 1. Obſer. 21. & Obſer. 40. vbi de hoc prolixiùs dixi. 31

CAP. VII.

Nullitatis exceptio ex defectu iuriſdictionis Cameræ, an paritionem Mandati Arreſtorum impediat.

SVMMARIA.

1 *Qualitate deficiente, deficit legis diſpoſitio.*

2 *Iudex ſine iuriſdictione eſſe non poteſt.*

3 *Præſumptio iuris, probationem contrarij, in aduerſarium reÿcit.*

4 *Veluti illa, quæ pro Statu Imperij ex inſcriptione Matriculæ, militat.*

5 *Libertas iuris naturalis eſt, pro qua regulariter præſumitur.*

6 *Subiectio pluribus modis probatur, & primò pactis, & ſtipulationibus.*

7 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

8 *Statuta, vt bona non aliter, quàm cum onere subiectionis comparari poßint, valent.*

9 *Contractus regulariter secundum consuetudinem loci celebrati esse intelliguntur.*

10 *Homagium præstare quid sit.*

11 *Iuramentum fidelitatis, & subiectionis, in quo differant.*

12 *Vasallus non est subditus Domini, nisi ratione delicti.*

13 *Stylus Cancellariæ, quoad inscriptionem literarũ ad subditum, vel vasallum, qualis sit.*

14 *Actus subiectionis, & obedientiæ, vnde cognoscantur.*

15 *Dictio, sæpius, in bino actu verificatur.*

16 *Poßeßio immemorialis, vim tituli, & priuilegij habet.*

17 *Subiectio præscriptione 30. annorum probatur.*

18 *Seruitia subditorum an habeant causam continuam.*

19 *Homo duorum quis esse potest diuersis respectibus.*

20 *Regulariter duorum vices quis sustinere non potest.*

21 *Homo hominis mei, non dicitur homo meus.*

22 *Sicut nec vasallus vasalli mei, meus vasallus est. ibidem.*

23 *Nemo sibi causam poßeßionis mutare potest.*

24 *Exemptionis, & libertatis probatio quomodo contra Imperium fieri debeat, & quanto tempore præscriptione acquiratur exemptio.*

SED quid sit Arrestator decreto, & reproducto Mandato de relaxando Arresto, sine clausula, in puncto paritionis, exceptionem nullitatis ex defectu iurisdictionis Cameræ, & qualitatis personarum obijciat, iurisdictionemque Cameræ declinet, vtputà, Arrestatum in loco Arresti, non esse Statum Imperij, sed subditum Arrestatoris, ex causis suprà cap. proximo deductis, an huiusmodi nullitatis exceptio paritionem, & relaxationem Mandati impediat? Maximè: multoties enim dictũ
1 est, qualitatem † à lege requisitam, à facto principali, tanquàm suo indiuiduo, separari non posse, sed ea deficiente, le-

te, legis dispositionem cessare, & per consequens iurisdictionem Camerę non esse fundatam, & proinde irrito facto Mandato, causam principalem ad iudicem competentem remittendam, per ea quæ suprà cap.3. notaui, cum iuribus ibid. allega. Iudicatum † enim non potest dici ab eo, qui ius dicendi potestatem non habet. tex. in l.2.§.fi.ff. de pœn.& in l.1.§.hęc autē verba.ff.quod quisq; iur.tex. in l.1.§.fi.ff.ad S.C.Tertul.& in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.Bal.in l.si vt proponis, nu.4.C.quomo.& quan.iudex. Fundamēto verò iurisdictionis sublato, quicquid superstruitur, corruit, tex.in l.egi tecum.ff.de excep.rei iudi.& in d.l.1.§.hęc autem verba, ibi, si quis ius dixerit, inter quos iurisdictionem non habuit, pro nullo hoc habetur, nec est vlla sententia. Ratio, quia nō entis nullæ sunt qualitates, tex.in l.eius qui.§.quod si stipulatus.ff.si cert. pet.& in l.si seruum.§.1.ff.de act.emp.cum simil. Et ita in Camera in causis pignorationū, alijsq; processibus quotidiè obseruatur, per nota.de pignorationib. Obser.14. Sed quis probabit hanc exceptionē subiectionis? Distinguendum est, vtrùm Dominus sit in quasi possessione seruitutis & subiectionis, an vero subditus in quasi possessione libertatis. Primo casu sola † domini possessio sufficit, & Aduersariū petitorē facit, text.in l.si de possessione. C.de probat.& in l.1.C.vbi cau.status agi oporteat. Effectus.n. possessionis est, vt cōtrarij probationē in aduersariū reijciat, text.in l.1.C.de alie.iud.mutan. cau.fac.Luc.de Pen. in l.si coloni, versic.tertiò queritur.C.de agric.& cēs.lib. 11.vbi Dominū stultitię arguit, si petitoris locū suscipiat, quādo est in possessione seruitutis, cùm sufficiat illi sola possessio, siue illa iusta, siue iniusta sit, nihil refert, tex.in d.l.si de possessione.& in l.iusta.ff.vti possid.dūmodò nō sit violenta, clādestina, aut precaria, tex.in l.1.ff.d.tit. Altero casu, allegāti libertatē, incūbit onus probādi, per iura alleg. nisi talis libertas publica iuris præsumptione, vtputà, ex Albo, siue Matricula Imperij, cōtra parem eiusdē Curię adiuuetur, quia illa † probationē cōtrarij in Aduersariū reijcit, tex.not.in l.generaliter. §.si petitū, in fi.ff.de fideicom.libert.versi.sed cū ex pręsumptione, tex.in l.fin.

2 (margin, beside "Iudicatum † enim")
3 (margin, beside "Primo casu sola †")
4 (margin, beside "quia illa †")

in princip.ff.de eo quod met.cauſ. glo.notab.ibid.in verbo,præſumptioni,tex.in l.nuptura,in fin. ff.de iure doti. & in l.3.§.ſi cum.ff.de libero homi. exhib. verſic. pietas. Cæphal.conſil.83. nume.13.volum.2. incip.in cauſa mihi.
5 Et regulariter iure gentium † quilibet præſumitur liber, donec contrarium probetur, tex. in l.libertas. ff.de ſtatu homin.& in l.altiùs.C.de ſeruitu.& aqua. text.in l.quod attinet.ff.de reg.iur.& in §.ſi quis velit.Inſtit.de ſeruitu. prædio. Probari autē poteſt ſubiectionis qualitas & poſ-
6 ſeſsio varijs modis: Primò, pactis, & † ſtipulationibus, text.in d.§.ſi quis velit.& in l.ſeruitutes.2. ff.de ſeruitutibus. nam valet pactum, vt quis alteri ſeruiat, & ei obedientiam præſtet, text.in l.hominis.2. ff.de vſu & vſufruct. legat.gloſſ.vnica,ibid.Specul.tit.de feudis,homagijs, & fidelitatibus.§.quoniam,num.8.text.in c.grandi, de ſupplen.negligen.prælat.lib.6.ibi,fidelitate,iuramento,homagio,ſeu pacto. Iacobi.de S.Georg.in tracta.ſuo de homag.num.8.& per notata ſuprà cap.proxi.text.in d.l.ſeruitutes,la 2.§.fin. Qui igitur Caſtra, Dominia, & Poſſeſſiones ſub alio Statu Imperij ſita,cum onere ſubiectionis emit,ſtare debet conuentioni,tex.in l.1.ff.de pact.& in l. in traditionibus.ff.eod.tit. quia talis conuentio non continet turpitudinem,ergò ſeruanda,text.in l.iuriſgentiū.
7 §.prætor ait.ff.d.tit.& alias † ex conuentionibus contractus leges accipere notum eſt,tex.in l.contractus.ff.de regul.iur. & in l.1.§.ſi conuenerit. ff.depoſiti. & tot.tit. ff. de pact.inter empt.& vendi.compoſit.præſertim ſi in loco contractus generale Prouinciæ ſtatutum, vel genera-
8 lis † conſuetudo ſit, vt bona non aliter acquiri,& comparari poſſint,niſi cum onere ſubiectionis,qualia ſtatuta in Germania varijs in locis validè recepta, & longo vſu confirmata ſunt.Docto.in l.1.C.de ſumma Trinita.& fide cathol.& in l.dudum.C.de contrahen.empt. vide Obſeru. lib.2. Obſeruat.19. Magnam enim vim & authoritatem Conſuetudinum, & Statutorum eſſe, nemo dubitat, text. in c.cùm conſuetudinis,de conſuetud. & in c.fin. eodem
9 tit. & contractus regulariter ſecundum conſuetudinem loci celebratos eſſe,& intelligi oportere, etiamſi hoc ex.
preſſè

presse dictum non sit, communi Doct. calculo comprobatum est, per text. notab. in l. fin. §. fin. C. de fideiusso. ibi, in vsu quotidiano, text. in c. cùm M. Ferrariensis, de constitutio. ibi, sicut consueuit, vbi latissimè Felin. nume. 6. cum sequ. per multa exempla, text. in l. domini prædiorum. C. de agricol. & censit. lib. 11. ibi, nisi consuetudo, & in l. missi opinatores. C. de exacto. tribut. lib. 10. ibi consuetudine seruata regionum. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos, num. 5. cum sequen. ff. si cert. peta. vbi dicit contractus intelligi celebratos cum clausulis apponi solitis, & regulari secundum stylum & cõsuetudinem patriæ. Natta consi. 114. nume. 14. incip. non est dubium, per text. in l. licet, & in l. excepto. C. locati. Secundò subiectionis possessio probatur † ex præstatione seruitiorum, 10
& obedientiæ, siue homagij. Dicitur autem homagium, barbaro vocabulo, quasi hominis Ligium, hoc est, obligatio seruitiorum, qua Subditus Domino suo ex pacto, conuentione, Statuto, præscriptione, aut successione singulari, vel vniuersali adstringitur. Est igitur homagium præstare nihil aliud quàm subiectionis & obedientiæ iuramentum subire, gehorsam/ getrew/ vnd holtt zu sein. Specul. d. §. quoniam, num. 8. & nu. 11. de feud. Iacob. de S. Georg. in tractatu de homagijs, num. 2. cum seq. vbi vide prolixiùs. Aliud † est in iuramento fidelitatis, quod 11
vasallus beneficij sui ratione, Domino directo præstat, getrew/ gewertigh/ vnd holtt sein/ text. in c. 1. de noua form. fidelit. & in c. 1. qualit. Vasal. iura. debeat domi. fidelita. In quo iuramento fidelitatis à Vasallo domino præstito, subiectionis verbum omittitur, gehorsam zu sein. Illud à Subdito personaliter. Bald. in l. 1. §. ne autem, nu. 20. C. de caduc. tollen. Zas. de feudis part. 7. nume. 21. hoc verò à Vasallo per Procuratorem præstari potest, text. in c. 1. §. personam, per quos fiat inuestitu. Alex. in l. qui bona. §. si alieno nomine, num. 25. ff. de damn. infect. Bald. & Zas. vbi suprà. Illud Subditum facit, c. 1. §. Vasalli, de pace Constant. gloss. ibid. in verbo, Vasalli. Hoc † ex communi Doctorum sententia non facit. Clemen. Pastoralis, de 12

re iudi. Inno. in c. cæterum, nu. 5. de iudicijs. Oldra. consi. 43. nu. 8. incip. quæritur vtrùm nisi ratiõe delicti, si ibi reperiatur, vel domicilij, quo casu Vasallus forum sortitur in loco delicti, non quia Vasallus, sed quia delictum dat iurisdictionem in loco delicti, text. in c. licet ratione, de for. comp. glo. & Doc. ibid. glo. notab. in c. 1. de raptorib. tex. in c. 1. §. contrahentes, de foro comp. in 6. & in l. 3. ff. de offic. præsid. tex. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Subditum tamen non facit, quia disparia sunt forum sortiri, & subditum esse. Soc. in d. c. licèt ratione, nu. 45. cum allegatis, in Tract. de pignorationib. Obser. 15.

13 Et licèt ista † differẽtia in Grammatophylacijs, siue Cancellarijs Principum, non tam accuratò obseruetur, sed vtrorumq; literæ tam Subditi quàm Vasalli, pari stylo inscribantur hoc pacto: Dilecto & fideli nostro, hoc est, vnsern lieben getrewen. Ratio, q̃a ambo Domino Iuramentũ fidelitatis præstãt, licèt diuerso respectu: hic tanq̃ Subditus, ille verò vt Cliens siue Vasallus. Qui verò neutro iure tenentur, liberiori stylo appellantur hoc modo: Dilecto nostro, hoc est, vnsern liebẽ besunderen. attamẽ illa differẽtia subiectionis & Clientelæ, non exiguã quandoq; vtilitatẽ habet, sed magnũ in controuersijs subiectionum momentũ adfert, sicut in grauissima quadam causa Statum obseruatum memini.

14 Tertiò † probat subiectionis qualitas & quasi possessio ex cõtinuatis, & sæpius quietè repetitis actibus iurisdictionalib⁹ & subiectionis. Veluti si quis ad indicta Comitia Prouincialia sæpius conceptis verbis vocatus, perindè atq; alij Subditi & Municipales cõparere, Mandatis Domini Territorij in omnibus necessariò parere, in eius vtilitatẽ, et publica cõmoda in cõmune prosperè cõsulere, indictiones & collectas pariter soluere, & illas in cõmune ærarium inferre: ab inferioribus Iudicib⁹ immediatè ad Curiã Domini, ans Hofgericht / prouocare: cæteraq; subditorũ munia paratè, & officiosè subire debeat, & hæc omnia sine vlla tẽporis aut personæ suæ exceptione semp̃ obedienter præstiterit, breuiter in numerũ Subditorum, & cathalogũ Prouincialiũ relatus:

Vnder

vnder die andere Landt vñ vnderſaſſen eingeſchreiben wordẽ/& ab omnibus pro tali habitus ſit. Hæc enim Subditorũ officia, & non libertatis, vel exẽptionis certiſſima ſunt documenta et argumẽta, per tex. in c.2. de capel. Monach. glo. ibid. in verb. ſe vocatum. Similiter Panor. nu.8. text. in c.2. de cenſib. & in l. nulli. §. quod ſi in Vicar. C. de Epiſ. et cler. facit tex. in l. quęcunq; gerimus. ff. de actio. & oblig. Alex. conſ. 35. nu.4. vol.4. incip. viſo proceſſu. Natta cõſi. 636. nu.78. cum ſeq. vol.3. vbi omninò vide, & Obſer. lib.1. Obſer.21. Et nota † dictionẽ ſæpius in bino actu veri- 15
ficari. Alex. in l. ſcimus. §. & hæc quidẽ, nu.5. C. de iur. delib. Quartò probatur parendi neceſſitas ex præſcriptione & cõtinuata poſſeſſione ſubiectiõis, quod videlicet Arreſtati ſiue impediti maiores ſemp̱ ſe pro ſubditis geſſerint, & ꝓ talibus, vt dixi, ab omnibus Municipalibus & Prouincialibus habiti ſint, ſine vlla cõtradictione, idq́; à tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium nõ
exiſtat: quæ † immemorialis præſcriptio vim priuilegij, 16
tituli, & conceſſionis habet, adeoq́; pro veritate eſt, text. in c. ſuper quibuſdam. §. prætereà, de verb. ſigni. glo. ibid. in verbo, non extat, text. in l.1. ff. de aqua pluuia arcend. & in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Felin. in c. cùm nobis, nu.7. de præſcript. Afflic. in §. ſi quis per 30. nu.2. cum ſequ. ſi de feud. defunc. cõten. ſit inter domi. & agnatos. Alexan. conſil. 24. nu.14. volu.5. Dec. conſi. 586. nu.2. incip. in cauſa quæ. Curt. iunior conſi. 158. nu.12. incip. præſupponitur. Pariſ. conſ. 144. nu.1. & nu.27. vol.1. incip. homines Sancti. Cæpha. conſi. 26. nu.1. cũ ſeq. vol.1. inci. deputati. Vbiq; vide de effectu & efficacia talis
præſcriptionis. Imò † ad præſcriptionẽ ſubiectionis ſpa- 17
cium 30. annorũ ſufficit, videlicet ſi quis tãto tẽpore Domino loci vel Territorij, ſolita Subditorũ ſeruitia et onera, iure Seruitutis præſtiterit, per text. in l. cum qui. C. de fundis rei priuatæ, & ſaltib. diuinæ domus, libr.11. & in l. cùm ſatis. §. cùm autem. C. de agricol. & cenſit. eod. libr. Specul. in d. §. quoniam, nume.10. titul. de feudis vbi dicit, pro Domino iudicandum, ſi tanto tempore in poſſeſſione homagij fuerit, & ſeruitia ab homine ſuo non

iure

iure familiaritatis, aut amicitiæ, sed subiectionis exegerit, text. in l. fina. ff. quemadm. serui. amitt. & in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquiren. vel amitt. possess. & in l. 1. §.
18 Aristo. ff. de aqua quotid. & æsti. Non obstat, † quòd seruitutes discontinuam causam habentes, non præscribantur, text. in l. seruitutes, 4. ff. de seruitu. & quod subiectionis & homagij seruitia non sint continua, eò quòd quotidiè & continuò non præstentur: quia quasi continuò exhibentur. Nam ex vnica seruitiorum præstatione incipit Subditus in ea causa esse, vt semper occurrente aliqua consueta necessitate seruire teneatur: & sic quasi continuam seruiendi causam habere censeatur, & per consequens præscribi possit, text. notab. in l. foramen. ff. de seruitut. vrba. prædio. Specul. loco citato, nu. 10. Qui igitur hæc coniunctim, vel separatim ostendit, optimè subiectionis possessionem probat, etiam contra consor-
19 tem & Statum Imperij, diuerso tamen respectu, quia † diuerso iure, quis homo duorum esse potest, text. in d. c. grandi, de supplen. neglig. prælato. in 6. & per notata supra cap. prox. sicut ex pluribus causis, quis eandem rem possidere potest, text. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquiren. possess. Regulariter tamen vicem duorum quis subire nequit, text. in l. si plures. ff. de pact. gloss. ibid. nam difficile, vbi Bart. per totum, sic distinguit, quandoque habetur respectus ad personam ratione officij: & tunc si gerit plura officia, fungitur vice diuersarum personarum, text. in l. si consul. ff. de adopt. & in in l. emancipatum. §. fin. ff. de senatorib. quandoque verò habetur respectus ad personam, ratione personæ: & tunc impossibile est vnum tenere vicem plurium, ita Bart. in d. l. si plures, vbi contraria argumẽta soluit. Fallit regula illa si personæ diuerso iure censeantur, per allegata suprà cap. proximo, & text. in l. duorum libertus. ff. de operis liberto. vbi duorum libertus potest diuersas operas singulis vno tempore in solidum edere, veluti si librarius sit, & alij patrono librorum scribendorum operas edat: alter verò peregrè cum suis proficiscens, operas custodiæ domus eidem indixerit: nihil enim vetat, cũ custodit domum, libros scribere.

Verba

Verba text. sunt in d.l. duorum libertus. Quibus adde, quòd † homo hominis mei nō dicatur, nec sit homo me- 21
us & libertus liberti mei, libertus meus non sit, text. in l. Modestinus.ff.de verb.sign & in l. si quis a liberis.§.si q̃s à libert.de liber.aggnos.Spec.vbi supra,nu.28.& nu.33.Menoch.in 10.remedio recup.poss.nu.73.vbi ex hoc infert,ꝙ
Subditi † Vasalli mei non sint Subditi mei, neq; iurisdi- 22
ctioni meæ subiecti, & per consequens nullo onere subiectionis grauari possint, facit text. in c. Imperialem.§. firmiter.de prohib. feudi alienat. per Frederic. Et ideò Arrestum à Domino loci cōtra Subditum suum, aut hominem iurisdictionalem factum, non ad Constitutionem Arrestorum, sed Iudicem competentem spectat, etiamsi talis Arrestatus diuerso respectu etiam Status Imperij sit. Neminem † enim causam possessionis sibi mu- 23
tare posse, expediti iuris est, text. in l. qui bona.§.1.ff. de acqui.vel amitt.poss.& in l.cùm nemo.C.eo.titu. Et successores tam vniuersales quàm particulares intelliguntur possidere iure, & titulo maiorum & Antecessorum suorum, text.in l.qui in ius.ff.de reg.iur.& in l.siue possidetis.ff.de diuers.& temporal. præscript. text. in l. si is cui.ff.de Statuliber. & per allegata suprà cap.prox. Antiqua enim possessio iustitiam habet permanentem cum omnibus suis qualitatib. d. l. qui bona.§.1. Quomodo † 24
verò emptionis & libertatis probatio in Imperio fieri debeat. Vide in Constitutione Imperij Anno 48. in Comitijs Augustanis promulgata,§. Wenn auch ein außgezogner/ cum §§.seq. vbi prolixè modus procedendi & probandi traditur. Et concluditur immemoriale tempus ad præscriptionem libertatis contra Imperium sufficere. Adde prædictis Alexan.in l.is qui putat,num.3.ff.de acq.hæred. vbi concludit Subditos tanto tempore contra Dominum obedientiam præscribere posse. Idem tenet in d.l. is qui putat,nu.10.cum sequ.,& in l. Imperium,nu.20. ff.de iurisd.om.iudi.gloss.in c.cùm non liceat, in verbo, non obstante,de præscriptionib.

CAP.

CAP. VIII.

An Dominus pro Subdito ſuo Arreſtato in Camera ad relaxationem Arreſti agere: & colonum fugitiuum, & Deſertorem Territorij ſui impedire, & vindicare poſſit.

SVMMARIA.

1 *Ordinarium remedium, facit ceſſare extraordinarium.*

2 *In claris, nulla opus eſt coniectura.*

3 *Dominus pro ſubditorum bonis ſine mandato agere non poteſt.*

4 *Intereſt Dominorum, Subditos habere locupletes.*

5 *Commoda iuriſdictionum ſunt in fructu.*

6 *Iniuria Subdito in contumeliam Domini facta, ipſi Domino facta eſſe cenſetur.*

7 *Formula ſententiæ, quando Dominus pro ſuo Subdito agit, qualis ſit.*

8 *Cauſa Mandati de relaxando Arreſto, celeriter expedienda.*

9 *Quandoque poſſum per alium, quod per me non poſſum.*

10 *Priuilegia extendi ad priuilegiati familiares.*

11 *Repraſaliæ conceſſæ contra Ciuitatem, an extendantur contra Comitatenſes.*

12 *Dominus, iura Subditorum tueri, & ab omni innouatione abſtinere debet.*

13 *Dominus an Subditos fugitiuos ſiſtere, & capere poſſit.*

14 *Aſſcriptitij coloni pars fundi eſſe cenſentur.*

15 *Receptatores fugitiuorum Subditorum, pœna fracta pacis*

pacis immediatè in Camera conueniri possunt.
16 *Tribus casibus Subditi dominum deserere, & habitationem mutare possunt.*
17 *Dominus an propria authoritate Subditum fugitiuum apprehendere queat.*
18 *Malitia fugitiuorum ignominiosè coërcenda, vt in Sueuicis Colonis & Rusticis.*
19 *Asscriptitij in Germania dignitatum incapaces sunt, nisi libertate donentur.*
20 *Quanto tempore amittat Dominus possessionem Subditi remissiuè.*

QVID si Subditus alicuius Status ab alio Statu Imperij impeditus sit, eiusque bona Arrestata sint, an Dominus pro suo Subdito immediatè in Camera ad relaxationem Arresti agere possit? Non videtur, quia Subditus priuata persona, & Status Imperij non est: & sic præcipuum Constitutionis Arrestorum requisitum deficiat: & aliàs Subditus tam ratiõe personæ suæ, quam rei impeditæ, Dominum suum Iudicem competentem habeat, coram quo, vel aliàs coram competente Iudice Arrestatoris, via ordinaria agere possit, text. in l. si de possessione. C. de probatio. & in l. 1. C. vbi cau. Status agi oporteat. Lucas de Penna in l. litibus, versic. quartò quæritur. C, de agrico. & cens. libr. 11. Menoch. in decimo remedio recuper. possess. num. 38. Ergo † ad extraordinarium remedium non est recurrendum, vulgata l. in causæ cognitione, la. 2. ff. de minoribus 25. ann. cum concordantibus. Breuiter, & si veritas sit Dominum non solùm pro se, sed etiam suo Subdito ad relaxationem Arresti in Camera immediatè agere posse, cùm verba Constitutionis hoc expressè permittant, & disponant, his verbis: **Da einer dem Reich ohn mittel vnderworffen/ dessen gütter/ vnnd vnderthanen/ Arrestieren wurde /** Hoc est, si Status, alterius Status bona, vel Subditos eius arrestauerit, & sic simus in termi-

2 terminis claris, vbi † nulla opus est coniectura, text. in l. ille aut ille. ff. de legat. 3. attamen in hac quæstione pro maiore euidentia distinguendum puto. Aut Subditus remoto Domino pro relaxatiōe Arresti in Camera supplicat, aut Dominus pro suo Subdito, ratione proprij sui interesse, petit relaxationem Arresti cum oblatione cautionum iudicio sisti, & iudicatum solui: Primo casu processus petiti decernendi nō sunt, sed denegādi, hoc pacto: Abgeschlagen/vnd mag der Supplicant seine notturfft an gepürendem ortt suchen/ id est, petitos processus, putà Mandatum de relaxando, denegamus, & supplicantem ad viam ordinariam remittimus. Ratio, quia tali casu Camera ob defectum qualitatis personæ non est fundata in iurisdictione. Nam licèt Dominorum intersit, Subditos pacatè, & quietè viuere, tamen ratione illius secun-
3 darij interesse, nulla Domino † sine expresso mandato competit actio pro rebus Subditorum, per notata Innoc. & Docto. in c. dilectis, de appellat. gloss. & Docto. in c. authoritate, de priuileg. libr. 6. Henning. consil. 31. num. 5. incip. proposita. Hinc etiam dicit Bald. in l. 1. num. 15. C. de ser. fugit. quòd priuata Subditorum commoda, vel incommoda ad Dominum nō pertineant, per text. in l. fi. C. de acqu. possess. ibi, nihil penitùs Domino præiudicij generetur, & in l. cùm aliquis. C. de iure deliber. Quod est intelligendum principaliter, aliàs plurimum interest
4 Dominorum, † Subditos habere locupletes, text. in Authen. vt iudic. sine quoquam suffragio fiant. §. cogitatio. Panorm. in c. licèt causam, num. 13. de probat. Felin. ibid. nu. 12. quia ex diuitijs subditorum augetur potestas Dominorum, propter fructus iurisdictionis, tributa, vectigalia, & alia munera publica, ex quibus Domini magnā vtilitatem percipiunt singulis annis, & sic huiusmodi vtilitates in fructu & patrimonio Dominorum esse censeantur: quia quotannis quasi renascuntur, per text. in c. 1. quæ sint regalia. Bald. in l. 1. num. 10. C. de fructib. & lit. expens. vbi dicit commoda iurisdictionis fructuum nomine contineri, quia occurrente necessitate renascuntur, facit tex. in l. si nauis. ff. de rei vendic. Attamen tale interesse

esse secundarium, nō concernit Subditos: & ideò Dominus ratione talis interesse non potest de rebus Subditorum suorū agere vel conueniri. Dd. vbi sup. Vide Obser. lib. 1. Obseruat. 125. Hening. d. consil. 31. Altero verò casu processus super Constitutione Arrestorum pro Subdito Arrestato petiti, rectè in Camera decerni possunt, quia tunc Cameræ iurisdictio ex persona Domini principaliter agentis, probè fundata est, quod sufficit: Paria enim sunt aliquid fieri per se, vel æquipollens, text. in Clemen. exiui. §. vt autem, de verbor. significatio. & in c. tua, de consang. & affinit. gloss. ibid. in verbo, æquipollentibus. Sed tamen hoc casu necesse est, vt supplicatio in personam Domini concipiatur: & quòd ipse, non autem Subditus, cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui, aduersario præstet, vel suo nomine offerat, quia personam Domini potius, quàm Subditi consideramus. Nam iniuria † Subdito, contemplatione Domini, & in eius contumeliam irrogata, ipsi Domino facta esse censetur, text. 6
in l. item apud Labeonem. §. si quis sic fecit, & §. item si liberum. ff. de iniurijs. Vide de pignorationib. Obseru. 6. & Obseruat. libr. 1. Obser. 125. cum sequen. Proinde etiam sententia relaxationis in puncto Mandati, non in personam Subiditi, sed principaliter ipsius Domini † formatur, hoc pacto. In sachen A. Fursten/ Clegern wider B. Grauen/ Beclagten Mandati de relaxando Arresto, & restituendo, Ist erkhendt/ das Doctor C. Procutor vorgewendter einreden vnuerhindert/ in zeit zweier Monatē/ so jme darzu angesetzt/ glaublich anzaig thun/ das dem außgangen verkhundten/ vnd reproducirten Kayserlichen Mandat/ alles seines inhalts glaublich gelebt sie/ mit dem anhäng/ wo er solchem nit nachkommen wurde/ das gedachter Beclagter jtzo als dan/ vnd dan als jtzo/ in die peen berurtem Mandat einuerliebt/ hiemit erklert/ ferner proceß/ auch erkendt/ das er seinem gegenthail die gerichts costen derwegē auffgelauffen/ nach richtlicher ermessigung zu entrichten/ vnd zu bezalen schuldig sein soll. Latine: In causa Ducis Acto-

ris, contra B. Comitem Reum Mandati de relaxando Arresto, & restituendo, decernimus, quod Doctor C. Procurator Rei exceptionibus non obstantibus, intra duos menses proximos de sufficiente paritione docere, cũ illa cõminatione, nisi ita egerit, quòd dictus Reus nunc próut ex tunc; & tunc, próut ex nunc, in dictam pœnam cum refusione expensarũ, saluo nostro iudiciali moderamine
8 declaratus, & condemnatus esse debeat. Ex hac formula † & Stylo Cameræ obseruandum, quod in Mandatis Arrestorum in puncto paritionis celeriter procedendum, iuxta l. si coloni. C. de agric. & censit. lib. 11. & dilationes nõ multiplicãdas, sed in primo termino paritionem iniungi sub euentuali comminatione, non autem sub simplici, aut finali, próut in alijs causis moram patientibus, fieri solet: idq; eo fine, ne relaxatio Arresti longis ambagibus, & disputationibus partium, diu multumq; extrahatur, & tandem eludatur: cum iam præstita cautione Arrestatori satis cautum sit in causa principali, ne debitor, vel Arrestatus fugam arripiat, & iudicium subterfugiat, sicut supra cap. 1. & 3. dictum est. Obseruandum quoque
9 hic aliquem † ex alterius persona consequi, quod ex sua obtinere non possit, tex. in c. authoritate. §. fi. de concess. præb. in 6. & in c. licet, el. 2. §. testes autem, de testib. text. notab. in l. si communem, ff. quemad. seruit. amitt. gloss. ibid. in verbo, & ego, text. expressus in l. Aristo. in fine. ff. quæ res pigno. obliga. non poss. Hinc est quod societatis iure, commodum legati æquè ad incapacem atque capacem pertineat, tex. in l. si is qui duas. ff. de libera. leg. & in l. si emãcipati. C. de collatio. Ias. ibid. nu. 50. cum seq. Menoch. in primo remedio recuper. possess. nu. 378. Hippol. singulari. 180. incip. plura. Ex eodem iure connexitatis re-
10 ceptum est priuilegia † concessa priuilegiato, trahi quoque ad eius familiares, & sibi subditos. Bart. in Auth. habita, nu. 4. C. ne filius pro patre. Alex. in l. si finita. §. si de vectigalib. nu. 7. cum sequ. ff. de dam. infect. & priuilegia Ciuitatum extendi ad Castra, & villas Ciuitati subditas, & vicinas. Alex. ad Rubric. nu. 2. ff. solut. matrim. & ibid. communiter Doct. Bald. in l. fina. nu. 4. C. de sacros. eccle.
quia

quia in fauorabilibus homines suburbani appellatione Ciuium veniunt, text. in l.ædificia.ff.de verbor.signific. Alciat.ibid.& castrum, vel villa Ciuitati cohærens, dicitur pars Ciuitatis, & differunt quantitate, non specie secundum plus & minus, sicut parua Ciuitas à magna. Bal. in d.l.fina.num.4.per text.in l.si hæres.§.vicis.ff.de leg.1. & in l.qui ex vico.ff.ad municipa. Alex.consil.27.num.7. volu.6.incip.viso themate, vbi dicit, quod in priuilegijs appellatione ciuium contineantur suburbani, per tex.in d.l.qui ex vico.Bar.in l.2.ff.de verb.signifi. An autem repræsaliæ, † siue pignorationes, & clarigationes concessæ 11
contra Ciues alicuius Ciuitatis, extendantur etiam contra suburbanos, & eiusdem Territorij subditos? Minimè, mè, quia valdè odiosæ sunt, & sic potiùs restringendæ, quàm fauore prosequendæ, vel extendendæ, text. in c.odia, de regu.iur.in 6. Alexand.ad d.rubric.ff.solut.matrimon.num.13. Alcia.in d.l.ædificia. Bald. latè in Authent. sed omninò, nume.13.& per totum.C. ne vxor pro marit. Barto.in suo tractatu Repræsalia. per discursum. Ad prædicta, quòd Dominus pro suo Subdito, ratione proprij sui interesse, in Camera immediatè super relaxatione Arrestorum agere possit, faciunt, quod ad officium Dominorum propriè pertineat † pro defensione iurisdictionis suæ, iura Subditorum, sarta tectaque conseruare, 12
innouationes non admittere, sed ipsos in antiquis libertatibus, iuribus, & priuilegijs tueri. Bey jhrem altem herkhommen/Freiheiten/ recht/ vnnd gerechtigkeiten/ schutzen/schirmen/vnd handthaben/ & in eo statu, quo reperiuntur, conseruare: neque iure successionis vniuersalis, vel particularis quicquam immutare, per textum in l.cùm super.§.caueant.C. de agricol. & censit. libr.11. text.notab.in l.penult.ff.de constitut.princip. & in l.penult. & in l.fin.C.noua vectigal.institui non posse, gloss. sing.in l.moueor.C. si seruus expor.væni. in verb.deprehenditur. Hening.d.cons.31.nu.7.& cons.38.eod.nu.facit text.in l.æquissimum.§. sed neque dietas.ff.de vsufructu. vbi dicitur vsufructuarium excolere posse, quod inue-

nit,qualitate ædium non mutata, ſic ſtatuliberorum iura,per hæredem duriora fieri non poſſunt,text.in l.ſtatuliberos,la.2.ff.de Statuliber. & in l. ſtatuliberorum iura, ff.eod.titu. Qua tamen in re, Nouatores Domini, contra ſubditos ſæpè perniciosè peccant, & perpetua Subditorum odia erga ſe excitant, quos oportuit blandè potiùs & amicè tractare, quàm duriore freno contumaces reddere. Quemadmodum enim amor Subditorum, firmiſſimum eſt Dominorũ præſidium: ita eorundem odiũ ipſis eſt præſentiſſimum excidium, tex.in c.cùm conſuetudinis,de conſuetu.vbi tex.dicit, nouitates diſcordiam parere,tex.in d.l.penul.ff.de conſtitu.princip. & in d.l. pen.& l.fi.C.noua vectig.inſtitui nõ poſſe. Porrò obiter hic † videndum de Subditis, & Colonis fugitiuis,& poteſtate Dominorum in illos,an eorum bona impediri,& ipſi vbique in Imperio ſiſti et apprehendi poſſint. Et primo, quantum ad impedimenta & Arreſtationes bonorũ attinet,dubium non eſt,quin & bona & perſonæ eorũ apprehendi & impediri poſſint. Qui enim ſeruitutem, ratione ſubiectionis, vel feudi,aut alia de cauſa alteri præſtare tenentur, non poſſunt in præiudicium Domini locum mutare, & aliò inuito Domino, domiciliũ, aut colonias ſuas trãsferre,tex.in l.ſi quis prædium.C.de agric. & cẽſit.lib.11.& in d.l.ſi coloni.C.eo.tit.& Lucas de Pen.
14 ibid.p totum.Aſſcriptitij enim coloni, & ſeruilis conditionis Subditi, Lieb aigene leuth/Pars fundi eſſe cenſent, ita vt à terra ſeparari nequeant,imò terrę ſic inhęrere reputentur,vt nec pacto valeant inde amoueri,tex.in d.l.ſi quis prædium. Lucas de Penna ibid.verſic.ſed quid ſi vaſallus,niſi vna cum fundo,aut tota Curia alienentur,tex. in l.omnes omninò.C.de agric. & cenſit.lib.11. & in d.l. ſi quis prædium. Doct.in c.1. de Capitan. qui Cur.vendidit,gloſſ.notab.in c.1.§. præthereà Ducatus, de prohi.feudi alien.per Frederic.in verbo, ad alium, & tamen ita alienari non poſſunt, vt Subditis præiudicium adferatur, vel in duriorem Dominum transferantur, per text. ſingularem in l.inuitus.ff.de fideicommiſ.libertatib.gloſſ. ordina. ibid. in verbo, inuitus. Bald. in l. debitorum,
num.

nu.1.C.de pact.Dd.vbi sup. Quod ad fugitiuos Subditos 15
† attinet,pœna violatæ pacis publicæ in eos cõstituta est, qui aliorum subditos, Colonos, vel Inquilinos, malitiosè habitatione, tectoque recipiunt, próut videre est in Ordinatione Cameræ, parte 2.tit.14.de fugitiuis Subditis, & eorum Receptatoribus. Von den außgetrettenen Underthonen / so wider jre Obrigkait enthalten werden. Adde Constitutionem Criminalem Imperato. Caroli V. art.128.tex.in d.l.oẽs omninò, & in d.l.si coloni. Menoc. decimo remedio recuper.possess.per totum. Regulariter igitur nemini licet in Imperio alterius Subditos, Colonos, & Asscriptitios fugitiuos recipere, sub pœna fractæ pacis, Ordin.d.titu.14. & si fiat, agitur immediatè in Camera contra Recipientem ad pœnam violatæ pacis publicæ, quia tales Receptatores pessimo exemplo statum Imperij perturbant, & occasiones malorum præstãt, nam seruus fugitiuus sui furtũ facit, text.in l.1. C.de seruis fugit.& in l.ancilla.ff.de furt.& qui seruum fugitiuum cælat, furtum committit, text.in l.1.ff.de seruis fugiti. Quæ verò pœna de iure communi in eos sit constituta, qui seruos fugitiuos recipiunt, aut occultant, vide tex.in l.fi.C. de ser.fugit. Fallit autem † hæc regula in tribus potissi- 16
mùm casibus. Primò, si propter Tyrannidem Domini sub eo diutius habitare nequeant, per notata Obseruat.lib.1. Obser.17. Secundò, si Dominus sit declaratus in Bannum Imperij, per notata in tract.fract.pac.lib.2.cap.15. Tertiò, si ob loci sterilitatem necessaria alimenta ibi habere nequeãt: vtputà si fundus sit aut arenosus, aut saxosus, & ita contumax, vt nulla cultura quantũuis diligenti fructuosus esse queat, de quibus casibus vide Luc.de Penna in d.l. si coloni, & Menoch.vbi suprà, num.83.cum seq. quia his casibus licitum est colonis & Subditis, Dominum deserere, & se ad alia loca transferre. Quod si hoc peruersè, & citra necessitatem malitiosè faciant, pœna in profugos constituta, & ius persequendi & apprehendendi eos, Domino concessa est, textus in l.2.C. de seruis fugitiuis, & in l.3. cum l. sequen.ff. eod. titul. argumento eorum,

quę de debitore fugitiuo in iure tradita sunt, per tex. in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. credit. text. in l. fugitiui, & in l. fin. ff. de ser. fugitiu. An autem
17 Dominus † propria authoritate Subditos, vel Colonos fugitiuos, errones, aut vagabundos apprehendere, & antiquis penatibus restituere possit? Docto. iterum tres casus distinguunt, quorum primus, vtrùm adhuc sint in actu fugæ. Secundus, an post fugam arreptam adhuc sint vagabundi, nec alibi certas fixasque sedes, & Colonias constitutas habeant. Tertius, si post fugam ab alio possideantur. Prioribus duobus casibus concludunt valere apprehensionem propria authoritate Domini factam, quia in flagranti crimine fugæ nulla exceptio dominij admittenda, sed fugitiuus suo Domino statim restituendus, per tex. in l. vnica. C. de colonis Palestinis lib. 11. in fine, vbi adhuc est tex. expressus. & in l. si quis Curialis. C. de episc. & cler. text. in l. generali. C. de decurio. lib. 10. & d. tit. C. de agricol. & cens. lib. 11. per discursum, facit tex. in l. fugitiuus in fine. ff. de verb. signific. Ratio, quia Dominus etiam serui fugitiui possessionem retinet, text. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. & quemad. quis vta. frua. Tertio verò casu possessores prius conueniendos, & causa cognita fugitiuos repetendos, per textum in d. l. si coloni, quia tali casu possessor prius audiri, & sua possessione, licèt iniqua priuari non debet, cùm nemo in propria causa ius sibi dicere possit, text. in l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet, & sibi ius dicat, & in l. si quis in tantam. C. vnde vi, & in l. extat. ff. de eo quod met. caus. Bal. in d. l. 2. nu. 4. C. de seru. fug. vbi distinguit, vtrùm occultator incontinenti probare velit dominium Coloni, videlicet, suum esse Colonum, aut Ascriptitium, & non fugitiuũ, an verò probatio dominij altiorem indaginem requirat, vt primo casu exceptio dominij admittenda sit, secundo verò casu reijcienda, text. in l. 4. §. ibidem subiungit. ff. ad exhibend. Vide prolixius circa dictam distinctionem Luc. de Penna in d. l. si coloni, in 6. quæstione, & Menoch. vbi suprà, nu. 48. cum sequen. In qua causæ cognitione versabitur, an ex prædictis causis Subditi coloni-

colonias mutauerint, & aliò se transtulerint, an verò erronum instar hoc fecerint. Nam quandoque † hoc malitiosè, non Dominorum sæuitia, aut intolerabili eorum 81
Imperio, vel loci sterilitate, sed potiùs inobedientia, & vini inopia fieri solet. Sicut multos vidi ex Sueuia, agro frumenti fertilissimo, in Austriam, vini feracissimam, & rerum omnium copia abundantem profugisse, & ibidem inter Mercenarios, in Popinis, & tabernis vinarijs quotidiè ociosè conuersatos fuisse, non necessitati, sed desidiæ & ignauiæ suæ consulentes, digni, vt à Præside Prouinciæ **vom Stadthalter** ex officio castigentur, & ignominiosè etiam cum notis publicis, & stigmate, **Brandtzaigen** dimittantur, vt ab alijs cognoscantur, & ipsis sint exemplo, & terrori, text. in d. l. 2. C. de seruis fugitiuis, & in l. 1. & l. 2. & l. Diuus Pius. ff. eod. titu. Differentiam inter seruum fugitiuum & erronem tradit I.C. in l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilitio edict. Erro dicitur, qui frequenter vagatur sine causa. Fugitiuus verò, qui certo proposito non redeundi, dominum relinquit, text. in d. l. quis sit fugitiuus, quem ad hoc omninò vide. Illud quoque hîc obiter obseruandum Ascriptitios in
Germania dignitatum † incapaces esse, quia hoc inge- 19
nuis ignominiosum, & dignitati iniuriosum foret, per textum in c. 2. de seruis non ordinand. & in l. originarios. C. de agricol. & censit. lib. 11. & in l. 1. C. de agrico. & mancipijs dominicis, eod. lib. quod verum est quamdiu permanent in seruili conditione: cæterùm si à Domino prece, vel precio, libertate donati sint, d. c. 2. **das sie von jrer herrschafft der leib aigenschafft ledig / vnd gefreiet /** tunc in Ciuitatibus, et locis Imperij iura Ciuium accipiunt, & passim in Collegijs mechanicis, & Tribub⁹, **auf dẽ Zunfften /** tribules fiũt, **Zunfftbruder / vñ zůnfftgenossen** et ad munera et officia publica admittunt, nisi statuto aliter cautũ sit, **das keine zu Zunffgenossen auff vñ angenõmen werden sollen / sie seien dan ehelich geboren /** hoc est, Tribules non aliter recipiendos, nisi ingenui & legitimè nati, quia tunc forma statuti ad vnguem ser-
 uanda,

uanda, & Verba eius in proprio significatu accipienda sunt, per tex. in c. cùm dilecta. §. fi. de rescript. & in c. quia propter, de elec. tex. in l. Labeo §. Tubero. ff. de suppellec. lega. Alex. consi 50. nu. 5. vol. 5. incip. in causa & lite. Dec. consi. 10. nu. 2. incip. viso puncto. Roland. consi. 72. per totum, vol. 3. incip. stante statuto. Cæphal. consil. 421. nu. 45.
20 cum seq. vol. 3. incip. verè vt Clarissimi Quanto † autem tempore amittat Dominus possessionem Subditi vel Coloni fugitiui. vide Luc. de Penna in sæpè dicta l. si coloni in 20. quæst. C. de agricol. & censit. libr. 11. & Menoch. vbi suprà, num. 118. cum sequen.

CAP. IX.

An Ciuitas singulos Ciues, & eorum bona, sub pœna Repræsaliarum obligare possit.

SVMMARIA.

1 *Ciuitates Imperij locum Principis, & sic potestatem legis condendæ habent.*

2 *Ciuitas Municipalis loco priuatorum habetur.*

3 *Ciuitatum Administratores, & Syndici, bona ciuium pro debito Ciuitatis obligare possunt.*

4 *Publicæ vtilitatis gratia multa permittuntur, quæ aliàs prohibita sunt.*

5 *Requisita obligandi Rempublicam.*

6 *An Syndicus probare teneatur pecuniam mutuo acceptā, in vtilitatem Reipub. conuersam.*

7 *Syndicus, an singulares personas Ciuium obligare possit.*

8 *Reprasalia contra Ciues, an in obligatione Ciuitatis concedi possint.*

9 *Legem contra priuatas Ciuium personas condere non licet.*

10 *Statuta debent esse generalia.*

11 *Reprasaliæ restringendæ, non extendendæ sunt.*

12 *Qui*

12 *Qui dicantur Freybeuters nostro tempore.*
13 *Repræsalia ob denegatam iustitiam in Imperio, an concedenda.*
14 *Obligationes redditu um sub pœna Repræsaliarum, in Germania abierunt in desuetudinem.*
15 *Obstagia, instar Repræsaliarum habentur.*
16 *Subditi, pro debito Domini, principaliter se obligare possunt.*
17 *Nulla obligatio tam firma, quam Debitorum peruersitas subuertere nequeat.*
18 *Debita confessa, in Austria paratam habent executionem.*
19 *Collectam communem, Princeps pro salute patriæ indicere, & subditos ad contributionem compellere potest.*
20 *Pauperes, an à collectis excusentur.*
21 *Subditus, post impositam collectam domicilium mutans, an collectam, priùs indictam, soluere teneatur.*

SAEPE videmus in obligationibus Redditu um, siue Censuum, in Gültverschreibungen / obligari Ciues, & eorum bona, in defectum solutionis pro debito Ciuitatis, vel Vniuersitatis, vt tali casu vbique locorum in Imperio, vel extrà, præhendi, & arrestari possint. Quæritur, vtrùm talis obligatio valeat, & de iure subsistat? Quæstio variè apud Doct. tractata est, plenè in l. ciuitas. ff. si cert. peta. & in l. 4. quæ incipit, si se non obtulit. ff. de re iudica. & in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & in l. si is qui bona. ff. de pignorib. & hypothec. vbique communiter concludunt, talem obligationem valere, factam à Ciuitate, vel Vniuersitate, habente potestatem legis condendæ, vt sunt in Imperio Ciuitates Imperiales, Reichsstätt / quia † illę tenent locum Principis, & tantum possunt in sua Republica, quantum Imperator in Imperio. Bartol. in d. l. si ciuitas, num. 3. cum sequen. Ias. 1

 ibid.

ibid.num.6.in fine. Alexand.i.si se non obtulit, nume.24.
2 Secùs esset in Ciuitatibus Municipalibus, † quæ inferiorem recognoscunt, & potestatem legis condendę non habent, sed loco priuatorum sunt, tex.in l.eum qui vectigal. ff.de verb.signif.glo.ibid. in verbo.habentur, tex. in l.nihil interest.ff.ad S.C.Macedon.Possunt igitur huiusmodi liberæ Ciuitates Imperij pro se, vel eorum Syndico legitimè constituto, cum Mandato Reip.&Vniuersitatis, obligare Ciues, & eorum bona, vt arrestentur, & impediantur in defectum solutionis annui census, per tex.in d.l.4. ff.de re iudi.& in d.l.si is qui bona.ff.de pign. & hypoth. vbi dicitur, Reipublicæ Administratorem mutuam pecuniam accipere, & rem eius obligare posse, quod tamē in-
3 telligendum est de † Administratore, vel Syndico, plenā potestatem, & speciale Mandatum ab Vniuersitate obligandi Ciues habente, idque ex causa publicæ vtilitatis, & non aliter, quia cessante publica vtilitate, cessabit quoq; Syndici potestas, tex.in c.cùm cessante, de appel. Peckius
4 prolixè in Tractatu suo de Iure sistendi, cap.4. Multa † enim publicæ vtilitatis gratia permissa sunt, quę aliâs prohibentur, tex.in l.ita vulneratus, versic. multa autem. ff. ad leg. Aquil.& in c.Abbate.§.fin.versic.præsertim, de sen-
5 tent.& re iudic. in 6. Duo † autem extrema Administrator, vel Syndicus Ciuitatis probare debet, pro iustificando mutuo, nomine Ciuitatis accepto: Primum, quòd fuerit legitimus Administrator, vel Syndicus Ciuitatis, cum speciali Mandato obligandi Ciuitatem, & ipsius Ciues, pro mutuo accipiendo. Secundò, quòd pecuniam in vtilitatem Reipubl. vel Vniuersitatis, accepta sit. Primo requisito non probato, deficit obligationis substantia ex defectu potestatis, adeò, vt de dolo conueniri possit Administrator: dolosè eum factum, quòd se pro tali gesserit, cùm talis non esset, tex.in l.si legatarius. ff. de dolo. & in l.si debitor.ff.eod.tit.tex.in l.culpa est. ff.de reg.iur. & in c.non est sine culpa, eod.tit.in 6. text.in l.non ignorat.ff. de his qui accus.non possunt.Bart.ibid.in princip. similiter Bald.& Salice. Altero verò non probato, Administrator, vel Syndicus conueniri poterit condictione causa

data,

data, causa non secuta, quia pecuniam accepit, vt in vtilitatem Reipubl. verteretur, quæ causa cùm secuta non sit, mutuum rectè ab eo condictione ob causam repetitur, tex. in l. si procuratori falso. ff. de condic. causa data, caus. non secu. Bar. in d. l. ciuitas, nu. 9. cū seq. vbi omninò vide, docentem practicā procedēdi contra Administratorē, vt se Administratorē doceat? Nam, inquit, primò interpellandū Magistratū Ciuitatis, vt causę assistat, eāq; instruat, probādo prędicta duo extrema, quod si nō fiat, agendū cōtra Administratorē, vel Syndicū prędictis remedijs. Quòd si Syndico † specialiter cōcessum sit, mutuā pecuniā nomine Ciuitatis accipere, tūc obligabitur Ciuitas, etiāsi nō appareat pecuniā versam in eius vtilitatē, tex. not. in l. habebat. ff. de instit. act. Si verò ita ei concessum sit, vt pecuniā mutuo in certā causam acciperet, & in eā se accipere dixit, obligabitur quoq; Ciuitas, etiāsi nō appareat pecuniā in illā causam cōuersam, tex. in l. 1. §. nō aūt ex omni, vers. sed etsi in precijs. ff. de exercito. act. vbi dicitur, Si in precijs rerum emptarū fefellit Magister, exercitoris erit damnum, nō creditoris, tex. not. in l. fi. ff. eo. tit. Cęterū, si simpliciter ei administratio Ciuitatis cōcessa sit, tūc nō aliter obligabitur pro mutuo accepto, nisi probetur pecuniā in vtilitatē Ciuitatis cōuersam esse, tex. in d. l. 1. §. non aūt. & in d. l. ciuitas. ff. si cert. pet. quā ita intelligit Bar. ibid. cum prędicta distinctione. An autē † Syndicus possit obligare singulares personas Ciuiū pro debito Ciuitatis, vel Vniuersitatis, ita vt singulares personę vbiq; pręhēdi, & tātisper arrestari possint, donec creditori debitū soluatur, vide omninò Bal. in l. etiā, nu. 14. cū seq. C. de execu. rei vendi. Et licèt Dd. multū tribuant liberis Ciuitatibus, superiorem nō recognoscentibus, ꝙ earū potestas sit magna, & quòd cōtractus earū vim legis obtineāt, ita vt loco, & instar Statutorū in iudicijs allegari, & per cōsequens singulares personas, etiā ad pœnā Repręsaliarū, obligare possint, tamē † quicquid sit de iure cōmuni, hanc decisionem durā, & naturali æquitati cōtrariā esse puto, pręsertim in obligationibus Redditū, in Zinßuerschreibungē. Ratio, quia obligare singulas personas Ciuium, non respicit vtilita-

6
7
8

tilitatem publicam, neq; Princeps, neq; Respublica in bonis singulariũ personarũ quicquã iuris habẽt, quia quod meũ est, communitatis nõ est, vide distin. Bal. in d. l. etiã. Vnde pro bonis Subditorum, sine Mandato agere non possunt, per notata suprà cap. prox. & notum est, neminem alterius odio prægrauandum, tex. in c. non debet, de reg. iur. in 6. & in l. non debet alteri. ff. eodem tit. text. in Authent. vt non fiant pignorat. & in c. 1. de iniur. lib. 6. ita concludunt Ias. in d. l. ciuitas. Alexan. in d. l. 4. num. 24. ff.
9 de re iudi. vbi dicit, Vniuersitatem † non posse ex suo contractu obligare singularem personam, & contra eam legem condere, per tex. in l. Antiochiensium. ff. de priuile. credit. Bartol. ibid. num. 1. vbi concludit, Ciuitatem non posse facere statutum, per quod auferatur ius priuati, sed benè legem generalem contra Ciues, & obligare eos, idq́ue non tam vigore contractus, & obligationis, quàm vi legis, facit tex. in l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædio. vbi dicitur, quod nostrum est, sine facto nostro nobis auferri non debet, nisi in contrarium sit consuetudo; ad idem facit tex. in l. si priuatus. ff. qui & à quib. manumiss. & tex. in l. toties. §. fina. ff. de pollicitationib. Quò pertinet, quòd statuta non priuatorum causa, sed generaliter
10 † fieri, & omnes concernere debẽt, quia statutum est lex, quæ vniuersalis sua natura esse debet, ita vt omnes statuẽtium subditos comprehendat, non autẽ singulares personas in indiuiduo, tex. not. in l. 3. §. D. Adrianus. ff. de sepul. violat. & in c. erit autem lex, dist. 4. text. in l. 1. & in l. iura. ff. de legib. & in c. sanè, de priuil. Panor. ibid. num. 3. Henning. d. consil. 34. nu. 32. cum sequen. vbi concludit, bona singulorum pro debito Vniuersitatis per Repræsalias, & pignorationes impediri, & arrestari nõ posse, per iura allegata. Bald. in d. l. etiam, nume. 14. Sic Priuilegium certæ personæ concessum, non extenditur ad singulares personas, sed solummodò ad illas, quarum specificam mentionem facit, tex. in d. c. sanè. Ratio, quia priuilegium est lex priuata, nõ autem generalis, & communis omnibus, ideò extra suos terminos non extenditur, tex. in d. c. sanè, ibi, certa ratione. Panormita. & Docto. ibid. Ex prædictis quo-

quoq; infero, Ciuitates Municipales superiorem recognoscẽtes, das Fürsten/Grauen/oder Landtstätt seynd/ non posse pro debito Ciuitatis, absque consensu Principis, vel Domini, Ciues Repręsalijs grauare, cùm legis condendæ potestatem non habeãt, sed loco priuatorum sint, vt suprà dictum est. Et in vniuersum semper abhorrui,
† dum adhuc essem Cæsari à Libellis Supplicibus indignus Referendarius, à concedendis Repræsalijs pro facto & debito alieno, contra tertios innocentes, quantumcunque cautionis publicæ velamento iustificarentur. Si tamen tanta sit Reipubl. necessitas, & indigentia, vt talem rigorem inueniendis pecunijs exposcat, & Ciues in forma Ciuitatis legitimè conuocati, in obligationes annuorum censuum sub pœna Repræsaliorum consentiant, tũc scientium, & consentientium Ciuium voluntatem iniuriosam non esse censeo: aliâs, extra publicam, & extremã necessitatem Ciuibus parcẽdum, & à concessione talium Repræsaliarum, tanquàm odiosis, & iniquis, abstinẽdum puto, quia ex illarum licentia, & concessione, vidi, opinione iustitiæ, & sub specie recti, multa in Imperio euęnisse scandala, & multis occasiones rapinis, latrocinijs, & varijs direptionibus datas fuisse, quos hac nostra, omnium exulceratissima ætate, nouo vocabulo, & splẽdido epitheto, non sine inclytæ nationis Germaniæ (absit verbo inuidia) magna infamia, † Freybeuters appellamus, 12
hoc est, impunitos Latrones, siue Grassatores, vngestraffte Strassenrauber/ dignos omni suppliciorum genere, & publica, communique Statuum Imperij vindicta, daß sie durch die gemeine hilff des Reichs verfolgt/ vnd gestrafft werden möchten. In tractatu quoque Pignorationum, cap. 2. notaui, Impp. concedendis talibus Repræsalijs, semper inimicos fuisse, & contraria potiùs priuilegia, de non admittendis illis petẽtibus, benignè concessisse: licèt de iure communi, † ob denegatam iusti- 13
tiam, ijs concedendis locus esse possit, per text. in c. Dominus noster, 23. quæst. 1. Bald. in Authent. sed omninò, num. 1. C. ne vxor pro marito, vbi omninò vide. Henning.
d. con

d.consil.34.num.3.& in Tract.pigno.Obseruat.2.quòd eatenus procedere putant, quatenus innocentes, ab innocentibus discerni,& separari possint, per tex.ad hoc singularem in l.vsufructuarium.§.si in viuarijs. ff.de vsufruct. id si fieri nequeat, nocentium personas obligari tantùm. Henning.vbi suprà, per tex.in l.item Mela.§.sed si.ff.ad l. Aquil.vbi de occiso is solus punitur, cuius ictu constat occisum esse. Sed talis administratio iustitiæ moribus Germanorum,& cõsuetudine Imperij vsitata nõ est, propter scandala & inconuenientia, quæ inde cumulatim sequerẽtur, sicut dixi in d.Tract.pign.Obser.2.Sed quod ad Repræsalias attinet, pro debito Ciuitatis, vel Vniuersitatis,
14 olim† in Ciuitatibus Imperialibus in obligationibus Censuum, & Reddituum annuorum, in Gült vnd Rentuerschreibungen/ Ciuium personæ, sub pœna Repræsaliarũ, quatenùs Respublica suo tempore Redditus nõ solueret, obligabãtur, sed hoc iam passim in desuetudinẽ, propter prędicta incõuenientia, abijt: & huiusmodi obligationes simpliciter, sub fide Reip.& eius sigillo, conficiuntur. Si-
15 cut in simili †obstagiorum obligationes, die laistungen/ publica Imperij lege abrogata sunt, per nota.Obseru.lib. 2.Obser.45.etsi in locis Septẽtrionalib.adhuc obseruẽtur inter Nobiles,& instar Repręsaliarũ habeantur. Consue-
16 uerunt etiam Domini Territorij,† vnà secũ obligare Subditos suos pro sorte, vel eius annua possessione, vt in casu retardatæ solutionis, ipsi ex conuentione creditori, stato tempore, principaliter soluant, quę obligationes cùm ex consensu proficiscãtur, nihilq; tam naturali ęquitati consentaneũ sit, quàm pacta seruare, validæ, & creditorib. salutares sunt, ideoq; bona fide seruandę, tex.in l.1.& in l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact.cum similib. Quo casu non iure Repręsaliarũ, sed tanquàm plures Rei debendi, ex mora principaliter conueniũtur,& tam ipsi, quàm eorũ bona, pro solutione tardata, arrestari, impediri,& præhendi possunt, tex.in l.nemo est, & in l.reos promittẽdi. ff.de duob.reis.& in l.2.& 3.C.eod.tit. Sed tanta est horũ
17 temporũ malitia,† vt vix vlla obligatio tam firmè, tamq; potẽtibus clausulis, etiã à viris peritis, & bonis confici &

con-

conſcribi poſſit, quam non quorundã Debitorum peruerſitates, & eorũ Rabulę foręſes, fraudulenter pertundãt, ac peruiã reddãt, daß kein Verſchreibnng ſo kräfftig auffgericht / vnd eingeſtellt werden mag / welche die bößhafftige Schuldner / vñ jre Gerichtsplinderer nit zu löchern vnd ſtreittig zu machen wiſſen. Proinde laudabili cõſuetudine Auſtriaca,† & alijs in locis receptũ eſt, quòd debita confeſſa inſtrumentis, & chyrographis Debitorũ, paratam executionem habere debeant, reſeruatis poſt ſolutionem, Debitoribus quibuſcunque exceptionibus, idq; ne ſolutionem longis diſputationibus, & iudiciorum tricis inuoluant, & in infinitum malitiosè extrahant, ſicut in debitis Fiſcalibus receptum quoque eſt, per text. expreſſum in l. pen. C. de conuenien. Fiſci debitorib. lib. 10. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de eden. vbi dicit, in Italia talem conſuetudinem eſſe, quòd inſtrumenta publica executionem paratam habeant. Sed quid ſi bona Ciuitatis, & Ciuium, vt ad propoſitum redeam, longo bello, vel alia publica neceſſitate, vtputà, extruendis pontibus, excitandis aggeribus, vel erigendis propugnaculis, aut alijs publicis ſumptibus, ita attrita & exhauſta ſint, vt in ærario publico parum, aut nihil ſit reliqui, vnde Creditoribus ſatisfieri, & debitum publicum diſſolui poſſit? Et placuit† communiter, hoc caſu, Ciuibus & incolis, per æs & libram, hoc eſt, pro viribus patrimonij, non autẽ per capitationem, ſiue, vt Doct. loquũtur, per fumantes, ſicut in Italia vſitatũ eſt, & in Belgia, alijsque locis quandoque factum fuiſſe meminì, collectas indici, & imponi poſſe. Ratio, quia vbi eſt æqualis publicę vtilitatis neceſſitas, ibi quoq; par omniũ ſubſidij ſubleuamen eſſe debet, per tex. in l. omnes prouinciarum. C. de operib. publ. & in l. 1. & 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Barto. in l. 1. §. quòd ſi nemo, nu. 3. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. vbi dicit, ſuperiorem poſſe compellere Vniuerſitatẽ, vt pęcunijs inueniẽdis per communẽ contributionẽ, pro ſalute, & trãquillitate Patrię, ſimul cõueniant, & in comune pro aris & focis, cõſulãt, & pariter ſubſidio ſint, Sicut videmus fieri in cõuentibus Prouincialib. auff

18

19

Landtägen /

trägen/vnnd Landtschatzungen/ per notata Doct. in d.l. 4.ff.de re iudic. Alexan.ibid. num.13.& num.17. vbi quærit, an † à talibus publicis collectis excusentur pauperes, quos dura premit quotidiana necessitas, & indigentia, quorum vita mercenaria, & in diem est, & cõcludit, quòd sic, per text. in l.cura.§.nepos. ff.de munerib. & honorib. gloss. singula. in l. omnes pensitare. C.de anno. & tribut. lib.10. in verbo, compelletur. Lucas de Penna ibid. in fin. & Platea.num.4. Bald.in l.etiam, num.15. C. de execu.rei iudic. vbi hoc extendit ad illos, qui lapsi sunt facultatibus. Rationem tradit text.in d.§.inopes. videlicet, quòd non entis, nullæ sint qualitates: vnde vulgari prouerbio dici solet, Da nichts ist / da verliert der Kayser sein Recht. Et quòd inanis sit actio, quam excludit debitoris inopia. In personalibus verò muneribus † paupertas non excusat, & ideò corpori indicta obsequia, als Herrendienst/ illa etiam pauperes præstare tenentur, per tex. in d.l.cura.§.inopes. Docto.vbi suprà. Sed rigorosi Collatores, siue Exactores tributorum, die verordnete Einnemer der Schatzung/ de quibus in Authen.de collato. & tit. C.de exactori.lib.10. aut etiam publicani, & conductores vectigalium, Zollkäuffere/vnnd Bestandt inhabere/ plerunque pauperes duriùs, quàm diuites, partim pignoribus, partim carceribus premunt, nihil pensi habentes, vnde miseri pauperes vitæ subsidium habeant, dummodò ipsi pecuniam extorqueant, & illos emungãt, contra tex. in l.nemo carcerem. C.de exacto.lib.10. & iura suprà allegata, & quòd æqualitatem in colligendis tributis, & collectis seruari iura statuant, per tex.in l.fin.C. quemadmo.ciuilia mune.indicun.& in l.3.§.Præses.ff.de muner.& honorib. Quo fit, vt subditi grauiùs opinione censiti, ab ipsis Censitoribus, siue Collatoribus Cathalogum bonorum censualium, wie hoch die Güter angeschlagen/ licitè exigere possint, tex.in l.forma. ff.de censib.gloss.nota.in d.l.fina.C.quemadmod.ciuilia mun.indic. in verbo, æqualitatem. Platea.in l.3. num.2. C.de anno.& trib.lib.10.per tex.in Authent. de collatorib. §.hoc

quoqu

quoque iubemus. & in d.l.forma.§.1. Sed quid si post impositam †collectam Ciuis,aut Subditus aliò domicilium transferat,& collectas communi Prouincialium placito priùs indictas,soluere detrectet,an ob moram bona eius, vel persona ipsius prehendi, & impediri possint? Bartol. in l.incola,num.4.ff.ad municipal.rectè concludit,quòd sic: Ratio, quia sufficit causam imponendi collectam,eo tempore extitisse,quo ille adhuc Ciuis erat,per text.in l. si vnus ex socijs.ff.pro socio. Henning.d. consil.34. & Pekius de iure sistendi, cap.4. facit text. in l.1. ff.de pœnis. quòd in pœnis imponendis tempus delicti, non sententiæ spectetur. Item quòd qualitas adiuncta verbo, secundùm tempus verbi intelligenda sit,tex.in l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.actio.& in l.Titius. ff.de milita. testamen. Ias.in l.qui Romæ.§.duo fratres,nu.60. ff.de verbor.obliga. Et quòd sufficiat conditionem semel esse impletam, licèt posteà deficiat, text.notab. in l.si quis hæredem.C.de instit.& substit. & in l.quidam in testamento. ff.de fideicommissa.liberta. Illud extra pugnam est, nouitios Ciues,ad antiqua Ciuitatis debita soluenda, non obligari.Bartol.in d.l.incola. Platea.in l.1.nu.2.C.de priuileg.corporato.vrbis Romæ,lib.11.

CAP. X.

De Arrestis Dominorum contra subditos contumaces, & de amissione priuilegiorum ob delictum.

SVMMARIA.

1 *Bona subditorum, in contumaciam arrestantur.*

2 *Opera fructus iurisdictionis sunt, & licitè exiguntur.*

3 *Opera non sunt in rerum natura, nisi quando indicta sunt.*

4 *Rusticorum instrumentorum, item operarum officialium*

SVBDI-

SVBDITI inobedientes,& refractarij, varijs pœnis affici possunt, sicut notaui in Tractatu fractæ pacis, libr.2.cap.9. & 10. Moribus Germaniæ contra subditos contumaces,& inobedientes, per Arresta bonorũ & personarum proceditur. Nam bona† eorum arrestantur, personæ carceribus mancipantur, fructus fundi impediuntur, pignorationes iumentorum fiunt, villa rustica cum omnibus instrumentis quasi sequestratur tantisper, donec obedientiam præstent, & Dominis operas indictas, pro consuetudine, & longa possessione, officiosè edant: Nam operarum † præstationes,& debita subditorum seruitia, fructus iurisdictionis sunt, per text. in l. fructus hominis. & in l. in hominis. ff. de operis seruo. & perindè à subditis exiguntur, ac pecunia credita, tex. in l. à duobus. ff. de oper. liberto. Sunt autem operæ in duplici differentia, quædam certæ, tex. in l. quoties. ff. de oper. libert. quædam verò incertæ, text. in d. l. 1. ff. de oper. seruo. Generaliter verò omnes in actu consistunt, nec ante in rerũ † natura sunt, quàm is dies venit, quo præstãdę sunt, tex. in d. l. 1. ff. de oper. seruo. et in l. operę. & in l. si quis hac lege. §. iudicium. ff. de oper. liberto. vbi dicitur, operas incipere, posteaquàm fuerint indictæ, tex. in l. cùm patronus. ff. eodem tit. & operarum editionem, nihil aliud esse, quàm officij præstationem: & absurdum, credere aliò die deberi officium, quàm in quo is vellet, cui præstandum est. Proindè, si operas certas, vel incertas à Domino loci indictas, subditi contumaciter & inofficiosè ferre, & edere recusent, possunt eorum bona, vt dictum est, cum instrumentis rusticis arrestari. Appellatione † instrumentorum rusticorum quæ veniant, vide tex. in l. instrumenta fundi. & in l. quæsitum est, & toto tit. ff. de fun. instruc. Operarũ verò officialiũ appellatione, & munerũ personalium, veniunt angariarũ prętationes, Frohn vnd Herrendienst/ quæ in operis personarũ versantur, & pro consuetudine Curiæ Dominicę exigũtur, vt sunt, custodia canum venaticorũ, educatio eorundẽ, subiectiones plagarum, earũ explicationes & erectiones, cincturæ saltuum, & syluarum, munitiones viarũ & põtium: item castra, &

loca periculosa, tempore belli, vallo cingere, & præmunire, agros Domini certo modo colere, annonam Dominicam pro rei familiaris necessitate aduehere, cæteraque rustica seruitia exhibere, quæ magis corporum labore, quàm sumptu præstantur, secundum antiqua iura Dominorum.
5 Proindè à talibus † oneribus, & muneribus personalibus etiam pauperes non excusantur, quia corporum labore, non sumptuum erogatione constant, text. in l.cura.§.inopes.ff.de muner.& honor. & in l.1.§.illud tenendum.ff.eod.tit.
6 An autem subditi † tales operas officiales suo sumptu, victu, & vestitu edere teneantur? videndum quid loci consuetudine obseruatũ sit. De iure communi, operæ ita à subditis exigendæ sunt, vt satis temporis habeant ad quęstum faciendum, vnde ali possint, text. in l.suo victu.& l.aut certè, cum l.sequen. & l.imponi.ff. de operis liberto. & operæ impositæ intelliguntur, quæ sine turpitudine, & vitæ periculo præstari possunt, tex.in l.hæ demùm.ff.d.tit. Ad custodiam tamen Castrorũ, subditi non tenentur, sed illa sumptibus Dominorum, pacis & belli tempore, fieri debet. Angel.in l.turres, num.1.C. de operib.public.per illum tex. Ias.in l.sumptus, nume. 9.ff.de lega.1. & in l.diuortio.§.impendia, num.3. ff.sol. matrimon. Natta consi.185.per totum, incip.paucis agenda. Si tamẽ Dominus concesserit alicui Castrum aliquod in feudum, potest tempore belli imponere custodiam inuito vasallo, vt notat Ias.in d.l.sumptus, num.20.ff.de legat.1.& Bald.in Auth.nunc si hæres, nu.1.C.de litigio.

AN autem Dominus Territorij, etiam Forensibus ratione bonorum in Territorio suo sitorum, aliquid oneris imponere, vt videlicet simul cum alijs subditis conferant pro militari subsidio, vel exstruendis propugnaculis, aut excitandis aggeribus, vel alia simili publica necessitate, & quatenùs hoc facere recusent, bona eorum Arrestare, & impedire possit? Distinguendum est, vtrùm Forensibus hoc oneris imponatur tanquàm munus personale: & certum est, Dominum hoc de iure facere non posse, quia onera personalia non obligant Forenses ratione bonorum, tex.in l.rescripto.§.fin.ff.de muner.& ho-

noribus

norib. & in l.libertus.§.iola.&.ad municip. An verò imponatur, vt patrimoniale munus, & tunc per æs & libram vnà cum alijs impositum onus sustinere debent, & præstare obligabuntur, non quidem ad illum effectum, vt Dominus Territorij personas contumaces præhendere & capere queat, quia impositio oneris, personas forenses nō afficit, sed benè res eorum aggrauat, vt fructus possessionum impediantur, si imposita onera sustinere detrectēt, & sic quod directò prohibitum est, per indirectum fieri permittitur. Quò pertinet, quòd quis in loco rei forum sortiatur, tex. in l.1.& l.2.C.vbi in rem act. Ita communiter distinguunt Docto. præsertim Bartol. in l.2. C.de immuni.nemi.conced. libr. 10. Bald. in l.etiam, nume.15.C. de execut.rei iudic. quem ad hoc omninò vide. Castren. in l.inter debitorem, num.4.ff.de pact. Natta consil.149. num.18.cum sequen. incip.verissima. & consil.158.nume. 1.& sequen.incip.post superiora.& consil.183.per totum, incip.quoniam. quos omnes in hac quęstione vide. Sed vt ad propositum redeam. Generaliter hoc à Dominis cauendum est, † ne vltrà antiquam consuetudinem operarum, & seruitiorum subditos, nouitatis studio, grauēt, 7
& plus solito ab ipsis exigant, quia peccatum committerēt, & iurisdictione, ac Dominica sua potestate abuterentur, quod si fieret, Pręses Prouinciæ, vel Cæsar, aut eius loco Camera Imperialis, mandatis pœnalibus hanc nouitatē tollere, & seueritati remediū moderationis adhibere possunt, per tex.not.in l.cùm satis. §.caueant autem. C.de agrico.& censit. lib.11. & in l. 1. C.in quibus causis coloni Dominos accusar.poss.eod.lib.tex.in l.fina.C quemadm. ciuilia mune.lib.10. Natta d.consil.185. num.12. & per alia iura Obseruat.lib.1.Obseruat.17. & lib.2. Obserua.62. allegata. Munerum ciuilium † triplicem esse diuisionem 8
constat: nam quędam personalia sunt, quędam patrimoniorum dicuntur, alia mixta, de quibus in l.munerum.ff. de muner.& honorib. his verò muneribus, quæ possessionibus, vel patrimonijs indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem, tex.in l.his honoribus.ff.d.tit.& in l.2. C.de munerib. patrimon. lib.10.tex.in l.omnes pensitare.

C.de anno.& tribut.eod.lib. Illud quoque indubitatum est,inter cæteras leuiores pœnas, quibus Subditi contumaçes, & inobedientes plecti possint, amissionē priuile-
9 giorum connumerari, per text.in c.tuarum,de priuileg. & in l.2.C.de priuileg.Scholarum,lib.12. gloss.notabilis in c.suggestum,de decimis, in verbo, priuilegia: quæ casus,quibus priuilegia amittātur,enumerat,quam ad hoc omninò vide. & Speculat.tit.de instrument.edit.§.nunc autem,num.9.Ias.in l.fina.num.52.cum seq. ff.de constit. Princip. Priuilegia enim Ciuibus,& Subditis beneuolis, non autem maleuolis, & sic gratitudinis causa data esse censentur, text.in c. ita nos. 2. quæst. 2. Cessante igitur causa impulsiua priuilegij, cessat priuilegium.c.cùm cessante, de appellat. gloss. in d. c. ita nos, in verbo, cessante,text.in c. Abbate,de verbor. significat. facit text. in l.1.& tot.tit. ff.de condict.caus.data.caus.non secut. Hinc
10 est,quòd priuilegia concessa † Scholaribus causa studiorum, non habeant locum in falsis,& ociosis studiosis, etiamsi in Matriculam,siue Cathalogum Vniuersitatis recepti sint. text.in l.scriniarios.C.de milita.testamen.Bartol.Bald.& Ias.ibid. Bald.in Authent. habita, nume.2.C. ne filius pro patre. Platea.in l.1.num.3. C.de collegiatis, lib.11. & per notata Obseruat.lib.2. Obseruat.118. Sic Mo-
11 nachus † non gaudet priuilegio veri Monachi,ex solo habitu, quia habitus non facit Monachum, sed professio, & disciplina professioni consentanea. Docto.& Platea vbi suprà. Et notum est in iure, nihil æquè perire, atque id, quod in ingratos confertur. Quo fit, vt filius ingratus, ob ingratitudinem exhæredari, donatio inter viuos reuocari,& priuilegia tolli possint. Priuilegia † enim sunt be-
12 neficia,quæ dantur propter officia. Subditus igitur contumax,& inofficiosus, meritò priuilegijs priuātur, quia contumacia, & inobedientia Subditorum erga Dominos est delictum, text.in l.omne delictum. §.contumacia. ff. de re militari, glo.in l. vnica.§.fina.in verbo, meram pœnam.ff.si quis ius dicen.non obtempe. Bartol.ibid.num. 9.Alexan.num.17.& communiter Doct. Felin.in c.ex li-
13 teris,nume.27.de constitution. Sed priuilegia † ob delictum,

ctum amittuntur, Specul. d. §. nunc autem. Iaſ. in d. l. fin. num. 52. ff. de conſtit. Princip. nullamque impunitatem delinquentibus tribuunt, tex. in d. l. 2. C. de priuileg. Scholar. lib. 12. vbi dicitur, prætextu priuilegiorum, flagitiorum authoritatem creſcere, & publicam vtilitatem vacillare non oportere. Ad idem eſt text. in Authent. de mandat. Princip. §. quòd ſi delinquentes, ibi, non permittas priuilegijs aliquibus vti nocentes. & in d. c. Abbate, de verborum ſignificatio. Nam Reipubl. intereſt, vt delicta puniantur, text. in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cum concordantibus. Et licèt contumacia † non 14
ſit propriè delictum, Docto. vbi ſuprà, tamen quando contemptum Domini concernit, non ſolùm ciuiliter, ſed etiam criminaliter puniri poteſt, per textum in c. cordi. §. fina. de appellatio. in 6. Iulius Clarus lib. 5. §. 1. nume. 12. in fine. Talibus enim principijs ianua ad rebellionem aperitur, & futurorum malorum fomenta ſubminiſtrantur, quocircà huiuſmodi principijs obſtandum, ne ſerò medicina paretur. Neque hoc caſu culpandi ſint Domini, quòd contra Subditos contumaces, vel delinquentes, grauiter pro delicti magnitudine quid ſtatuant, quia dum mali coërcentur, boni in officio retinentur, & delicta punire, † non eſt contra iura, & leges agere, ſed 15
legi facere ſubſidium, text. in c. 2. de priuilegijs, gloſ. ibid. in verbò, coërcere. Nam qui malos coërcet, miniſter domini eſt, & miniſterium legi præbet, gloſſ. in d. c. tex. notab. in c. qui malos. & in c. homicidas. 23. quæſt. 5. vbi dicitur, homicidas punire, non eſſe effuſionem ſanguinis, ſed legis miniſterium. Sed caueant ſibi Domini Temporales, ne maiorem † delicto pœnam imponant, néve 16
contra antiquam conſuetudinem Subditos grauiùs onerent, quia, vt dixi, peccatum committerent, & Subditi de eo apud Præſidem Prouinciæ, vel Cæſarem, aut eius loco Cameram Imperialem conqueri, & ad priuationem iuriſdictionis agere poſſent, per iura ſuprà allegata. Natta præclarè dicto conſil. 185. per totum, incip. paucis agendo. quem omninò vide. Cum Subditis enim placidè, benignéq; agendũ, † & dulcibus colloquijs potiùs 17

 demul-

demulcendi, quàm nimia seueritate irritandi sunt: ita tamen, ne liberaliori indulgentia, & assidua familiaritate deteriores fiant, & Domini contemptui esse incipiant. Ergò medio inter vtrumque tutissimè ibunt. Natta d.consil.185.num.11. cum seq. vbi singulariter dicit, quòd Princeps, si milites conuocare, & bellum gerere velit, priùs suum marsupium excutere, & sibi anteà subsidium imponere debeat, quàm à subditis illud exigere, quod ante ipsum notat quoque Bald.in l.neminem, nume.1. C.de sacrosanct.eccles. gloss.ibid.in verbo, perangarijs.& Bal. in c.conquerente, num.5.in fin.de offic.iudic.ordin. Quibus porrò pœnis contumaces subditi coërcendi, & quomodo contra eos procedendum, vide Doct. in d.l.vnica. ff.si quis ius dicen. non obtemper. & Iulium Clarum in pract.crimina.§.fina.quęst.44. Hoc in Germania expedi-
18 tum est, contra contumaces, † in Camera etiam ad pœnam Banni procedi posse, propter contemptam iurisdictionem Cæsaris, per notata in Tractatu fractæ pacis, lib. 2.cap.5. In alijs grauioribus delictis, putà, rebellionis, contra subditos, ad pœnas iuris communis, pro magnitudine delicti, proceditur, sicut notaui in Tractatu fractæ pacis, lib.2.cap.9. Illud generaliter obseruandum, subditos non posse rebellionis crimine notari, nisi legitimè de eo crimine conuicti, & condemnati sint: quia si sola accusatio sufficeret, pauci innocentes reperirentur, & præcipitatio, præsertim in crminalibus, vbi de sanguine hominis agitur, iustitiæ nouerca est, proindè in huiusmodi Capitalibus iudicijs, mora omnium tutissima est: maximè, cùm quilibet in dubio præsumatur bonus, & officiosus subditus, donec contrarium probetur. Proba-
19 tur † autem contrarium ex notorietate facti actu permanentis, tex.in c.euidentia, de accusat. Bartol.in Extrauag. qui sint rebelles, in verbo, rebellando. Deci.consil. 144. num.2.incip.Carolus Quintus. & consil.604.incip.in casu. Alexan.consil.13.nume.10.volum.6. incip.consideratis his. Portius lib.1.commun.opinionum, conclus.2. nume.1.vide Obseruat. lib.1. Obseruat.17. & in Tractatu de
20 Pace publica, cap. 9. Quomodo † verò contra subditos rebel-

rebelles absentes, & contumaces, in contumaciã ad pœnam, per annotationem & descriptionem bonorum mobilium & immobilium procedatur, vide Iul. Clarum in practi. criminali. §. fina. quæstio. 44. per totum. Qua in re inprimis consuetudo loci, & Regionis spectanda, quæ tamen iure communi, citatis citandis, & vocatis vocandis, confirmanda est. Communiter obseruatur, quandò de delicto Rebellionis, aut alio crimine Capitali notoriè constat, quod Absentis bona tam mobilia quàm immobilia, per Commissarios Criminales, ad hoc singulariter deputatos, annotentur, describãtur, & obsignentur, cum præfixione certi termini arbitrarij, ad comparendum, videndum, & audiendum confiscari bona sua propter Rebellionem, vel allegandum causas quare non. Quòd si bona † annotata talia sint, vt moram non ferant, sed corruptioni sint obnoxia, vendi solent, & precium apud 22
Magistratum loci deponi. Iul. Clar. d. §. fi. quæst. 44. num. 3. Citato in termino præfixo non comparente, bona eius per diffinitiuam statim Fisco addicuntur. An autem † postea comparendo ad probationem innocentiæ suę admit- 23
tendus sit, & contumaciam ex legitimis absentiæ causis purgare possit, etsi hoc controuersi iuris sit, tamen admittendum putarem, quicquid alibi consuetudine contraria receptum sit, de qua quæstione vide prolixius Iul. Clar. d. quæst. 44. & in tract. de pace publi. lib. 2, cap. 8. & de varijs generibus pœnarum, vide text. in l. si quis fortè. §. fin. cum ll. seq. ff. de pœnis. Et sic patet talia Arresta crimina- 24
lia vitam cum bonis Arrestato auferre. Porrò † delictum particularium personarum non debet regulariter nocere Vniuersitati, per tex. in c. accedentibus, de priuileg. gl. ibid. in verbo, renunciasse. Innocent. similiter, nume. 7. in fine. Ias. in d. l. fin. num. 58. ff. de constit. princip. Natta consil. 160. num. 46. incip. in causa quæ agitur, vbi dicunt quod priuilegium populo concessum, non amittatur contrauentione particularium personarum, per iura allegata. Vnde inferunt particulari solutione collectarum, non fieri præiudicium priuilegio immunitatis, Ciuitati concesso. Quibus autem casibus priuilegia amit-

 tantur.

tantur. Vide plenius Speculat. in d. §. nunc autem, nume.9.titu.de instrumen.editio.

CAP. XI.
De Arrestis iuris Licitis.

SVMMARIA.

1 *Arresta strictè accipienda & intelligenda sunt.*
2 *Priuilegia intelligenda, vt minus lædant ius commune.*
3 *Arresta sunt in duplici differentia.*
4 *Pignora iudicialia quæ dicantur.*
5 *Res iudicata executionem paratam habet.*
6 *Iudex potest iurisdictionem suam Mandatis pœnalibus tueri.*
7 *Iudicium vbi cœptum, ibi accipere finem debet.*
8 *Spoliator fideiussorem offerendo, non liberatur à restitutione rei spoliatæ.*
9 *Cautio fideiussoria post rem iudicatam non habet locum.*
10 *Cautio de damno infecto post missionem ex secundo decreto frustrà offertur.*
11 *Infinitas in iure vitanda, & quando tolerabilis sit.*
12 *Cautio iudicatum solui post rem iudicatam inutilis, & superuacanea est.*
13 *Transactio post rem iudicatam regulariter frustrà offertur.*
14 *Paria sunt nihil fieri, vel nulliter fieri.*
15 *Spoliatus à iudice incompetente ante omnia restituendus est.*
16 *Obstaculum in medio positum, ante omnia remouendum.*
17 *Sententia nulla transit in rem iudicatam, si ab ea non appelletur.*

18. Præ-

18 *Præsumitur pro iustitia sententiæ, si iudex iuris ordine seruato procedat.*

19 *Legis beneficium contemnens, non est dignus beneficio legis.*

20 *Ab executionis excessu appellare licet.*

21 *Casus, quibus de iure communi impedimenta licita sunt.*

22 *Pignus Prætorium quid sit, item quid Iudiciale.*

23 *Sequestratio triplex.*

24 *Pacta conuenta de faciendis Arrestis de iure valent.*

25 *Fructus percepti vel adhuc pendentes impediri vel arrestari possunt.*

26 *Inuecta & illata Dominis prædiorum tacitè obligata sunt.*

27 *Impedimenta plaustrorum & nauium quandò licita sint.*

28 *Consuetudo de arrestando cadauere Debitoris non valet.*

29 *Sepulturam debitoris impediens, qua pœna afficiatur.*

30 *Requisita ad validitatem Arresti duo sunt.*

31 *Regulam pro se habens ius certum & intentionem suam fundatam habere dicitur.*

32 *Bona Statuum ob non solutas collectas Imperij, an per Fiscum Cæsaris arrestari & impediri poßint.*

33 *Arresta super bonis hæreditarijs an licita sint.*

34 *Cautelis iniquis non indulgendum, sed cum vulpibus vulpinandum.*

Constitutio Arrestorum cùm sit derogatoria iuris cõmunis, putà der Austrag/ & primæ instantiæ, strictè † & propriè in suis terminis intelligẽda est, tex. in c. cùm dilectus. §. quia nobis, de consuetu. & in c. ex literis, de constitutio. tex. in c. quæ à iure, de reg. iur. in 6. & in l. 2. C. de noxalib. actio. Quicquid igitur in Constitutione Arrestorum non est expressum præcisè, vel 1

per-

per interpretationem, & æquipollens, hoc dispositioni iuris communis relinquitur, per tex.in l.quicquid astringendæ.ff.de verb.oblig.& in l.commodissimè.ff.de liber.
2 & posthum. Priuilegia † enim intelligenda sunt, vt quó ad fieri potest, minus derogent iuri communi, text.notab.in d.c.cùm dilectus.§.quia nobis,de consuetud. Soci. senior.consil.31.num.1.volum.1.incip.prosequendo. Anchar.consi.91.num.1.incip.pro specifica.Doct.in d.l.2.C. de noxal.actio. Quod est intelligendum, quandò verba priuilegij sunt obscura, vel dubia: aliàs in claris, non est à verbis priuilegij recedendum, quia in claris non est interpretationi locus, text.in l.ille aut ille.ff.de lega.3.glo. notab.in d.c.cùm dilectus.§.quia nobis, in verbo,nec iuri communi. Panor.ibi.nu.21. vbi dicit verba Statuti clara, non esse improprianda, vt ad ius commune reducantur.Sed dubia duplicem intellectum habētia, proprium & improprium: quo casu putat magis improprium intellectum accipiendum, vt minus recedatur à iure communi,per illum text.quod eatenus verum puto, si non ex illa impropria significatione sequatur absurdus, & captiosus intellectus, nam absurditas in iure vitanda est, text.in l.quoties idem.ff.de regul.iur.& in l.penult.ff.ad exhib.vbi dicitur verba legis non esse captanda, vide Ob-
3 seruat.lib.2. Obser.33. Dixi suprà cap.3. Arresta † esse in duplici differentia,quædam facti,de quibus propriè Constitutio Arrestorum inter Status Imperij disponit: quædam verò iuris,quæ cum causæ cognitione fiunt,& licitè interponuntur, & illa ad Constitutionem Arrestorum non pertinent,vtputà,quæ ex causa iudicati ob contuma-
4 ciam non facientis iudicatum, fiunt, & propriè † pignora iudicialia vocantur, de quibus loquuntur tituli.ff. & C.de bon.auth.iudic. possid. & text. in l.à Diuo Pio, per discursum.ff.de re iudic. Ias.in §.item Seruiana, nume. 2. cum sequ. Instit.de actio.& tot.titu.C. si in causa iudica. pignus captum sit. Et illa Arresta, siue immissiones ex primo vel secundo decreto, licitè decernuntur. Doct.in l.iustè possidet.ff.de acq. vel amitt.possess. & in l.si finita. §.Iulianus, vbi latè Alexan.ff.de damn.infect.Paris.cons.
42.nu.

42.nu.22.cum seq.volum.1. incip. inhærendo. Res enim iudicata †executionem paratam habere debet, ne senten- 5
tia elusoria reddatur, text. in c.cum aliquibus, de sent.& re iudic. & in l.2.C.de execut.rei iudic. Ordin.Cameræ, part.3.tit.48.néue ob contumaciam victi, periclitetur iustitia, quæ vult sententias effectui tradi, & contumaces puniri, text.notab. in c.1. de dolo & contuma. Panorm. ibid. num.3. & nume.5.text.in c. quoniam frequenter,§. in alijs, vt lite non contesta. & in c. de causis.§.1. de offic. & potest.iudic.deleg. Posse enim Iudicem †contemptam suam iurisdictionem Mandatis pœnalibus, captisque pignoribus tueri, certum est, per tex.in l.vnica.ff.si quis ius dicen.non obtemp. & in d.l.2.C.de execu.rei iudic.text. in l.qui restituere.ff.de rei vendic.& in l.si quis missus.ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est, gloss.ibid.in verbo, potestate, text.in l.causa cognita.C.de transactio. & in l. debitoribus.ff.de re iudic. Et huiusmodi Arresta, siue potiùs executiones sententiarum inculpata, & iniuriosa nó sunt: adeoq; contra Statum Imperij, quóad bona in Territorio iudicantis sita, interponi possunt. Exempli gratia: Status Imperij alterius Status subditum in ius vocat: hoc casu, quoniam Petitor Actoris partes sustinet, forumque Rei sequi teneatur, text. in l.final.C. vbi in rem actio, & in c.cùm sit generale, de foro compe.tex.in c.super quibusdam.§.prætereà, de verbo.signifi. gloss.ibid.in verbo, personarum, & in verbo, rerum, vbi propius ad hanc speciem accedit. Lite verò agitata, & per sententiam Iudicis decisa, Reus ab instituta actione absoluitur, actore in damna & expensas condemnato. Post rem iudicatam accusata contumacia Actoris iudicatum non facientis, fit immissio in bona condemnati in Territorio iudicantis sita, qua Arrestatione vel immissione ex primo decreto Actor offensus relaxationem Arrestorum in Camera petit cum oblatione cautionum iudicio sisti, & iudicatum solui. Hoc casu & si Arrestatus immediatè subsit Imperio, tamen ex Constitutione Arrestorum nihil in Camera decerni poterit propter defectum iurisdictionis, quia tunc nó sumus in Arresto facti, de quo Con-

ſtitutio diſponit, neque conuentionali: ſed iuris & pignore iudiciali, quod in rem iudicati captum eſt, text. in
7 l. fina. C. ſi in cauſa iudica. pig. capt. ſit. Iudicium † enim ibi finem accipere debet, vbi cœptum eſt, text. in l. vbi acceptum. ff. de iudicijs, & in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iudic. Finitur autem iudicium ſi id quod extremum iuriſdictionis eſt, factum ſit, nimirum executio, text. in d. l. vnica. §. is videtur. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. quæ executio, ſi mora, vel facto Actoris impediatur miſſione bonorum, alijsque pœnis, iuriſdictio iudicantis defendi poteſt, per iura allegata. Et licèt Iudex loci in perſonam Conſortis & ſtatus Imperij, nullam habeat iuriſdictionem, tamen bonorum ratione, pro defendenda ſua iuriſdictione, licitè bona impedit tantiſper, donec condemnatus iudicatum faciat, per textum in l. omnes. §. verum ſi apparitor. C. de epiſcop. & cleric. & in l. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred. vide Obſeruat. libr. 1. Obſeruat. 56. Neque hoc caſu oblationes cautionum iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui,
8 aliquid momenti habent: quia prior † ſuper lite futura interponi debet, non poſt rem iudicatam, & litem deciſam, tex. in l. græcè. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ. & in l. ſi pecuniæ. §. fina. ff. vt in poſſeſſ. legat. Ideò enim bona impediuntur, ſiue arreſtantur, vt condemnatus iudicatum faciat, non vt litem ſemel deciſam, cautionis velamento iterum refricet, & inſtauret, d. l. ſi pecuniæ. §. fin. Bald. ſingulariter in Authen. & qui iurat, nume. 20. C. de
9 bon. Auth. iud. poſſid. Nam poſt rem iudicatam † cautio fideiuſſoria non habet locum, ſed facto opus eſt, hoc eſt reſtitutione, tex. notab. in c. cum aliquibus, de ſent. & re iudic. vbi dicitur, cum aliquibus eſt adiudicata poſſeſſio, non ſufficit eis dare pignora, niſi corporali poſſeſſione lætentur. Ex quo text. inferunt Doct. Spoliatorem ad reſtitutionem condemnatum, non liberari fideiuſſoribus, ſed reſtitutione rei ſpoliatæ. Lucas de Penna in l. ſi coloni, quæſt. 31. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. Menoch. in 15. remedio recuperan. poſſeſſ. nume. 644. text. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudica. vbi licèt

licèt ex pacto & conuentione pignora, vel fideiussores in rē iudicatam accipiantur: non tamen idcirco à re iudicata recessum esse videtur, nisi nouatio intercedat, sed manebit nihilominus executionis ordo, de quo in d.l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudica. & in l. debitoribus.ff.eod.titul. nam tali casu tantum abest, vt recedatur à re iudicata, vt etiam ei aliquid accedat, & iudicatum confirmetur, text. notab. in d.§. si ex conuentione. Sic cautioni de damno † infecto post missionem in possessionem ex secundo decreto locus amplius non datur, 16
quia tunc authore Prætore possidet, & sic iustè possidere censetur, d.l.iustè possidet.ff.de acquiren.possess. nam Iudicis iussus in secundo decreto pro titulo habetur, tex. in d.l.si finita.§.posteà autem.ff.de damn.infect. Alexan. & alij ibid. gloss. notab. in l. damni.§. si pupillus, in verbo, publicianam, ff.eod.titul. Et sic obseruandum cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui, tunc demum vtiliter offerri, quando pro lite adhuc agitanda offertur. Secus si post litem decisam offeratur, quia tunc non cautione, sed solutione opus est, ne litem ex lite faciamus, text. notab. in l. si se non obtulit. §. ait Prætor, ff. de re iudica. ibi, noluit Prætor obligationes ex obligationibus fieri. Ratio, ne res in infinitum abeat, & lites fiant immortales, text. in c. finem litibus, de dolo & contuma. Alexand. in l. si fideiussor. §. si satisdatum, nume. 5. ff. qui satisd. cogant. Ad quod † facit regula infinitatem 11
in iure vitandam, per text. in l. qui bona. §. huic stipulationi. §. de dam. infect. Alex. ibid. num. 2. vbi hoc limitat non procedere, si verba clara & apta sint comprehendere infinitatem, quia tunc infinitas tolerabilis, & in iure permissa est, veluti, si adiecta sit dictio toties, vel quoties, aut quandocunque, vel similes dictiones, quæ sui natura, & ex propria verborum significatione infinitatem important, per textum in l. si ita stipulatus à Seio. ff. de fideiussorib. & in l. si duo. §. final. ff. de recept. arbitri. Alexand. vbi suprà. Posterior verò cautio, puta iudicatum solui, † statim post rem iudicatam committitur, & 12
ideò postquàm iudicatum est, non cautionibus, sed solutione

tione victori consulendum, text.in l.1.& in l.iudicatum solui.ff.iudic.solui.vide suprà cap.4. Talibus igitur casibus satisdatione sequestrum non relaxatur, vt dictum est. Plures casus refert Alex.in d.§. si satisdatum, inter quos connumeratur casus scandali, quo imminente, restitutio oblatione cautionis facienda non est, sicut notaui infrà cap.seq. & Menoch.in primo remedio recuperandæ pos-
13 sessionis, num.319.cum sequ. Sic transactio † post rem iudicatam regulariter frustrà petitur, quia rei iudicatæ authoritatem habet, & rem certam efficit, text.in d.l.si causa cognita.C.de transact. & in l. non minorem, & in l. causas.C.eod.titul. text.in l. res iudicata.ff. de regu.iur. Sed quid si Status Imperij, cuius bona in alterius Status Territorio ob rem iudicatã impedita, vel arrestata sunt: velit Sententiæ nullitatẽ in Camera principaliter allegare, & probare: & hac ratione relaxationem Arresti immediatè ibidem petere, anne ante paritionem Mandati
14 audiendus sit? Quod videtur, quia † paria sunt nihil fieri, vel minus legitimè fieri, non iudicare, vel nulliter iudicare, text.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. Ias. ibid. num.2.& in d.l.cùm dilectus, de consuetud. Bald. in l.si & proponis, num.5.C.quomod.& quand.iudex, & quod nullum est, nullum debet operari effectum, text.in c.fin. de ferijs, & in l.si duo patroni. §. idem Iulianus.ff.de iureiur. text.in l.Titiæ textores.ff. de lega.1.cum similibus.
15 Hinc dicimus spoliatũ † à Iudice nõ cõpetẽte, vel nulliter procedente, ante omnia restituendũ esse. Doc.in l.2.si per vim vel alio modo. Menoch.in 8.remedio recup.possess. num.8.cum seq. per multa allegata ibidem. Nam præceptum iudicis nulliter procedentis, nõ est obligatorium, & sic à pœna non excusat, per regulam prædictam, quòd paria sunt, nihil fieri, vel inutiliter fieri, vide suprà cap.4. & cap.7. Ias.in d.l.iustè possidet, nu.24. cum seq.ff.de acq. poss. facit regula in c.non præstat, de regu.iur.in 6.& in l. factum à iudice.ff.eod. Remoto igitur obstaculo prætensæ sententiæ, iurisdictio Cameræ ex qualitate personarum, & oblatione cautionum ex Constitutione Arrestorum fundata esse videtur, per regulam l.gemma inclusa. ff.ad

ff.ad exhib.quod quoties† obstaculum est in medio prius 18
remouendum sit obstaculum,quàm vlterius procedatur.
Bart.ibid.in princi.Sed contrarium verius est,quia Constitutio Arrestorum ad res iudicatas, vt dictum est, non pertinet,nam illæ pro veritate habentur, & ius certum inter partes faciunt, text. in d.l. res iudicata.ff. de regul. iur. & in l.ingenuum.ff.de statu homi. neque nullitatis quæstio iurisdictionem Cameræ immediatè fundat, sed ordinario appellationis remedio retractari, & corrigi
debet:quo omisso,sententia † etiam iniquè, vel nulliter 17
contra ius litigatoris, & non contra ius Constitutionis prolata, in rem iudicatam transit, & nullitatis prætextu eius executio impediri nequit, text. in l. Præses.ff. de re iudic.& in l.cum prolatis.ff. eod.titu. vtrobique Docto. text. in d.l. si causa cognita.C. de transactio. & in l.1.ff. quæ senten.sine appellat.rescind. & in l. ius pluribus.ff. de iustit.& iur.gloss.ibid.in verbo,cùm iniquè, similiter Ias.num.7.pulchrè Panorm.in c.conquerente,num.8.de restit.spoliat. vbi dicit, quandò Iudex procedit iudicialiter, & sententia eius iniustitiæ arguitur ex iniustitia causæ, tunc non possessorium remedium competere, sed oportere Reum per viam appellationis venire. Ratio,
quia præsumitur † pro iustitia sententiæ quoties Iudex 18
iudicialiter, seruato iuris ordine, auditisq; partium meritis, legitimè processit, tex.in c.sicut nobis,in fin.de senten.& re iudic.& in c.in præsentia,de renunciat. Panor. in d.c.conquerente,num.8. & ideò alleganti iniustitiam sententiæ incumbit probatio, glo.in d.c. in præsentia,in verbo,standum,quæ dicit,eo ipso pro sententia præsumi, si contrarium non probetur, c. quoniã contra,de probat.
Qui igitur iuris beneficium habet, † putà appellationis, 19
illoque non vtitur, sed sciens prudensque negligit, aut contemnit, indignum se facit beneficio iuris, sibique imputet, quòd res iniquè iudicata ob omissam debito tempore appellationem, ad executionem perducatur, text. in c. quia frustrà, de vsuris, & in l. auxilium. §. final. ff. de minorib.25. annis, & in c. bonæ memoriæ, el.1. de electio. quia quod noluit, potuit, & quod voluit adim-

plere nequiuit, ita text. in c. cùm ſuper, in fine de offic. & poteſtat. iudic. deleg. & ſic non ab alio, ſed à ſeipſo decipitur, facit ad hoc text. in l. nam ſi actor. ff. de rei vendi-
10 cat. Idem obtinet, † ſi poſt rem iudicatam modus executionis exceſſus eſſe dicatur, quia ad tollendum grauamen exceſſus, opus eſt appellatione grauati: aliàs quod factum eſt, licèt immoderatè, viribus ſubſiſtit, text. in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. & in d. l. cum prolatis. Sunt prætereà plures caſus, in quibus impedimenta, & Arreſta licitè decernuntur, ſed ad Conſtitutionem Arreſtorum, cùm ſit ſtricti iuris, & ad fundandam iuriſdictionem Cameræ, quóad priuatas perſonas, non pertinent. De quibus caſibus vide Baldum & Doct. in d. l. vnica, per totum: C. de prohib. pecu. ſequeſt. Ferrar. in forma ſequeſtri, ſeu ſaxamenti. Panor. & Doct. in c. 2. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fructu. Et omnium latiſſimè per varias cauſarum figuras Molinæ. in conſuetud. Pariſien. part. 2. gloſſ. 1. in verbo, Arreſt. per totum. Peckius in ſuo Tractatu, de iure ſiſtendi. De ſequeſtratione
21 † ſponſæ duorum, vide text. in c. cùm locum, de ſponſalib. Panorm. ibid. num. 4. & Obſer. lib. 1. Obſeruat. 112. De Arreſtis conſuetudine Germaniæ, contra Forenſes, & Aduenas paſſim receptis, ne loco excedant, niſi Creditoribus plenè ſoluant, aut eos, datis pignoribus, vel fideiuſſoribus, ſecuros reddant. Similiter de Arreſtis vagabundarum perſonarum, & in fraudem Creditorum latitantium, & Debitorum Fiſcalium, vide Obſeruat. lib. 2. Obſeruat. 44. cum ſequen. & ſuprà eodem cap. 1. De Arreſto, ſiue pignore Prætorio loquuntur titul. ff. & C. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicommiſſ. & in l. 1. & 2. C. de pignore Præto. & tot. titu. ff. de damn. infect. Dicitur autem fie-
22 ri Arreſtum, † ſiue immiſſio bonorum, ex pignore Prætorio, quandò nulla procedente ſententia Iudex ex iuſta cauſa immiſſionem decernit: veluti in cauſa damni infecti, ſi vicino cauere iuſſus de damno infecto, cautionem exactam contumaciter præſtare nolit, text. in l. dies cautioni. §. ſi intra, & §. hoc autem. ff. de damno infect. Item in manumiſſione bonorum, ſi cautio

petita

petita pro conseruandis & soluendis legatis aduenien-te die, vel conditione non præstetur, text. in l. 1. & toto titu. ff. vt legat. nom. caueat. gloss. in d. l. 2. in verbo, Prætorium. C. de præto. pignore. Ias. in d. §. item Seruiana, num. 4. Instit. de actio. Pignus verò iudiciale est, quod capitur in causam iudicati, tot. titu. C. si in causa iudicati pignus captum sit, vnde Bald. in d. l. vnica, nume. 3. C. de prohib. pecu. sequestrat. triplicem † sequestrationem facit. Conuentionalem, Prætoriam, & Iudicialem. Attamen differentia illa inter pignus Prætorium, & Iudiciale, quandoque confunditur, & alterum pro altero accipitur, gloss. in d. l. 2. C. de Præto. pignore, & Ias. in d. §. item Seruiana. Valent † quoque pacta conuenta de impedimentis, vel Arrestis faciendis, tam cõtra Statum Imperij, quàm quamlibet priuatam personam, si pacta conuenta stato, & præscripto tempore non seruentur. Sicut in Imperio in Obligationibus cẽsualibus vsitatissimum est, per tex. in l. 3. C. de pignorib. & in l. penulti. C. de pignor. actio. vbi communiter Doct. concludunt talia pacta valere. Menoch. in 8. remedio recup. poss. nu. 97. cum seq. cum allegatis ibid. Molin. loco citato, nu. 188. vbi prædictas leges nouo sensu accipit, & vtrũ Creditor propria authoritate pignus ex pacto absq; citatione apprehẽdere possit, latè disputat. Moribus quoq; † Germaniæ frequenter receptũ est, & fructus percepti, vt in horreo recõditi, pro solutione reliquorum censu, ꝑ Dominum fundi impediantur, & in horreo includantur, donec Colonus reliqua Domino cẽsuali soluat. Das die Schüre gespert/ geklaustert/ vnd die frucht eingeschlossen werden. Nam talibus repagulis improbi Coloni, siue Censuarij, plerunque in officio & obedientia retinentur, vt aliorum exemplo discant fidem seruare, ne collectis fructibus, improbè solum vertant, & fundum censualem in fraudem Domini, cum reliquis deserant. Quò pertinet, † quòd alias inuecta, & illata Dominis prædiorum pro pensionibus tacitè obligata sint, stillschweigendt verpfendt/ text. in l. 2. & in l. 3. ff. in quibus caus. pig. vel hypoth. taci.

(margin numbers: 23 at "cit. Conuentionalem", 24 at "item Seruiana. Valent", 25 at "possit, latè", 26 at "Domini, cum reliquis")

contrah.& in l.certi iuris.C.locati,text.in l.item quia.ff. de pact.& in d.§.item Seruiana, Instit.de actionib. Idem de fructibus adhuc pendentibus si futuræ fraudis suspicio subsit,dicendum est,per iura allegata.Molinæ.vbi su-
27 prà nu.50.cum sequentib. Fiunt † quoque licitè Arresta plaustrorum,iumentorum,& nauium tempore belli,vel ob aliam occurrentem necessitatem Principis, ad vehenda currilia tormenta,militaria tabernacula, Papiliones, cæteraque impedimenta itineri & comeatui necessaria, quæ antiquitùs angariæ vel perangariæ vocantur, & à Prouincialibus tanquàm munera personalia licitè exiguntur,de quibus in titu.C.de cursu publico & perangarijs,libr.12.& in titul.C.de anno.& trib. lib. 10. text.in l.2.C.quib. munerib. vel præstationib. nemini liceat se excusare,eod.lib. & in l.fina.§.1. C.de Fabricensib. lib.11. & titu.C. de nauibus non excusand.eod.libr. Sed quid
28 † de Consuetudine quorundam locorum, quæ mortui debitoris corpus sisti, & arrestari permittit, ne efferatur, aut sepulturæ mandetur, priusquàm hæredes debitum defuncti dissoluant? Hæc consuetudo in crudelitate legis 12. tabularum rationem fundare videtur, vbi perfidi debitoris cadauer, Creditoribus lacerandum tradebatur, vt latè explicat Aul.Gellius Nocti.Attica.libr.12 cap.1.vide lib.2. cap.2. de fracta pace. Dicendum,talem consuetudinem crudelitatis plenam esse,& ideò non valere,cùm hoc ignominiosum, & ab omni humanitate alienum sit, adeoque publicè intersit, non minùs mortuos sepeliri,quàm viuos conseruari. Bald.in l.fina. nume.7.C.negotio.gesto. Proinde de iure communi pœ-
29 na † amissionis debiti in eos,qui sepulturam impediunt, constituta est, per textum in l. cum te.C. de sepulch. violat. & in l.quidam in suo.ff.de conditio.institut. vbi hæres laudatur,quod contra ignominiosum pręceptum Testatoris cadauer in mare non proiecerit, sed in memoriam humanæ conditionis sepulturæ tradiderit, facit text. in l.quod verò contra,cum l.seq.ff. de legib. Panorm.in c.ex parte,nu.3.de sepulturis. Peckius in d.suo Tractatu de iure sistendi,cap.5. Et ideò Debitoris hæredes impedientem

dientem ſepulturam ex cauſa debiti, actione iniuriarum conuenire, & ad pœnas iuris communis agere poſſunt. Nec obſtat, quòd Debitor ex pacto ſe ad carceres obligare queat, quia hoc inter viuos procedit, ſed talis obligatio carceris morte finitur, quia mors omnia ſoluit, & actio perſonalis ad hæredes tranſit, quos pro ſolutione debiti Creditores conuenire poſſunt, & non cum infamia Defuncti, & hæredum ignominia, ſepulturam impedire, per iura allegata. Porrò in materia Arreſtorum hoc in vniuerſum obſeruandum, illa regulariter non valere, vt ſæpè dictum eſt, & ad validitatem eorum
duo † requiri. Primò, quòd facta ſint ob iuſtam cau- 30
ſam. Secundò, quòd de illa cognitum ſit, hoc eſt, in iudicio tractatum, & probatum, quia talis cauſa non præſumitur, niſi probetur, cùm ſit contra ius, adeò, vt etiam Iudici de iuſtitia ſequeſtri, vel impedimenti atteſtanti non credatur, niſi quatenus illa iuſtitia ex actis probetur, d.c. quoniam contra, de probat. Decius conſil. 366. num. 13. incip. pro declaratione. Pariſ. conſil. 41. nume. 17. cum ſequen. volum. 1. incip. optimum ius, vbi omninò vide. Alexan. conſil. 163. num. 3. vol. 6. incip. circa id. Qui igitur aſſerit valere Arreſtum, caſum exceptum à regula probare debet, aliàs ſtatur regulæ, quòd Arreſta regu-
lariter ſint prohibita, quia regulam † pro ſe habens ius 31
certum, & intentionem ſuam, fundatam habere dicitur, text. in l. ab ea parte. ff. de probatio. & in l. ſuus. §. puto. ff. de hæred. inſtitu. Bartol. in l. quoties, nume. 1. ff. ſi quis cautio. Iaſ. in l. 2. num. 33. ff. ſi quis in ius vocat. Schurff. conſil. 2. num. 8. cum ſequen. volum. 3. Et hæc, non ad cauſam Mandati, quæ ſummaria eſt, & celerem expeditionem requirit, d. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. & ſtatim cautione interpoſita ſequeſtrum tollit, ſed ad cauſam principalem, & Iudicem competentẽ pertinent, quò, facta paritione, ex præſcripto Conſtitutionis Arreſtorum, cauſa principalis remittenda eſt, vt dixi ſuprà cap. 3. & infrà cap. 13. Occurrit hîc aliud dubium:
An bona † Statuum Imperij, ob tardatas ſolutiones 32
Collectarum, per Fiſcum Cæſaris Arreſtari, & impe-
 diri

pediri possint. Et licèt hoc de iure communi fieri posset, cum tali casu Iudex Cameræ à præcepto incipere queat, per textum in l. penultim. C. de conueniend. Fisci debitoribus, lib. 10. & per notata Obseruat. libr. 1. Obseruat. 20. tamen quia Constitutionibus Imperij certus procedendi, & exigendi modus, contra Morosos, vel Reliquatores præscriptus est, putà, ad pœnam dupli, vel Banni, ille obseruandus, neque alijs odiosis processibus in-
13 tricandus est. Arresta quoque licitè fiunt, super bonis hæreditarijs, quarum possessio opinione quadam præuentionis, ab Aduersarijs malitiosè & callidè apprehensa est, vt cohæredes absentes vel ignorantes, tempore excludant, & possessorio ordinario longis processibus, & litium tricis iniquè fatigent. Nam talis possessio cùm sit violenta, clandestina, & fraudulenta, prætenso possessori, commodum possessionis non tribuit, quia paria sunt, non possidere, vel nulliter possidere, tex. in l. 1. ff. vti possid. & in l. 1. ff. quod vi aut clàm. Nam Prætor illos in tali possessione non tuetur, sed vim fieri vetat, text. in l. quod extat. ff. de eo quod met. caus. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi, cum similibus. Proinde cohæredes aduersus tales iniquos possessores, bona hæreditaria in tempore Arrestare, & commodum præci-
14 pitatæ † possessionis, implorato iudicis officio, impedire possunt, sicut latius notaui suprà cap. 1. vt sic clauus clauo pellatur, & fallacia alia, aliam trudat, ein behendigkeit vmb die ander. Nam cum huiusmodi vulpibus vulpinandum, & cautelis siue captionibus ad mala auertenda, non autem facienda, vtendum est. Tales quippe cautelæ, non modò non iniuriosæ, sed etiam Reipubl. salutares sunt, si citra iniuriam alterius in medium adduci possint. Contra verò, quæ calumniosè, & captiosè interponuntur, omnibus rerum & verborum contumelijs prosequendæ, & in iudicijs benè constitutis funditùs extirpandæ & explodendæ sunt.

CAP.

CAP. XII.

An per Arrestum Possessio rei Arrestatæ tollatur.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum, aliud voluntarium, aliud necessarium.*

2 *Scandali euitandi gratia, Spoliatus ante omnia non restituitur.*

3 *Castro munitissimo spoliatus, non est ante omnia restituendus.*

4 *Reuisiones à Sententijs Cameræ, executionem suspendunt,*

5 *Difficultas executionis, à pœna executorialium excusat.*

6 *Sequestratio necessaria, non aufert possessionem: secùs est in voluntaria sequestratione.*

7 *Impedimenta ex Constitutione Arrestorum, non tollunt possessionem.*

8 *Arresta, assimilantur missionibus ex primo decreto.*

9 *Missus in possessionem ex secũdo decreto, acquirit veram possessionem.*

10 *Possessio rei hypothecatæ, ex pacto in Creditorem transferri potest.*

11 *Exceptio pacti conuenti, an paritionem Mandati impediat.*

12 *Statuto vel consuetudine, possessio in Creditorem transfertur.*

13 *Feudi possessio moribus Galliæ, in Dominum transit, si cathalogum rerum feudalium non exhibeat.*

14 *An vasallus teneatur ostendere Domino res feudales.*

15 *Pœna Vasalli res feudales non designantis, remissiuè.*

16 *Statutum, vel consuetudo valet, quæ possessionem sine apprahensione transfert.*

1 VTRVM Sequestratione rei Sequestratæ possessio amittatur, distingui solet: † an Seqæestrum sit voluntarium, siue conuentionale, putà ex consensu. & voluntate partium factum: an verò necessariũ, aut iudiciale, videlicet ex dispositiõe legis, vel iudicis interpositum, rei necessitate hoc postulante, veluti in materia l. æquissimũ. ff. de vsufruc. quando subest periculum armorum, vel scandali publici, & alijs casibus, quibus licitè à regulis iuris receditur, de quibus latè per Felin. in c. nihil prodest, de præscriptio. vbi casus scandali enumerat. Menoch. in primo remedio recuperan. possess. nume. 319. vbi multos ad hoc allegat. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 22. cum sequen. ff. de acquirend. possess. Zas. ibid. nu. 62. Castren. in l. 2. nu. 3. in fine. C. de edict. D.
2 Adria. toll. vbi concludunt, quòd † scandali euitandi gratia, spoliatus ante omnia restituendus non sit, gloss. in c. ad petitionem, in verbo, restituendus, de accusationib. Similiter si agatur de irreparabili præiudicio: quo casu paratæ probationes dominij, ad probandum admittuntur, & restitutionem interim impediunt. Exem-
3 plum adducunt † de Castro munitissimo, cuius executio difficilis foret, & multis scandalis, & homicidijs occasionem præberet. Alexand. Menoch. & alij vbi suprà, per text. in c. literas. §. propterea, & §. fina. de restitut. spoliato. vbi vxor, impedimentum consanguinitatis allegans, & præparatam probationem offerens, marito non est ante omnia restituenda, ne ob peccati periculum, damnum irreparabile sequatur. Menoch. loco citato, nu.
4 318. Ripa in d. §. nihil commune, num. 83. Hinc est † quòd Reuisiones Sententiarum in Camera Imperiali, pendente Reuisione executionem suspendant, & si hoc ex iure communi, in Authent. quæ Supplicatio. C. de precib. Imper. offer. quandoque petitum, sed consentientibus Dominorum votis, plenoque S. C. denegatum sit. Quamuis enim vetus Ordinatio Cameræ de Anno 32. §.

damit

damit vnser Cammerrichter/ iuri communi consentanea sit, & executionem, non obstante Reuisione, seruatis requisitis d. Authent. quæ supplicatio, permittat, tamen hoc posteà, ex renouata Ordinatione de Anno 55. Augustæ publicata, parte 3. sub tit. de Reuisione actorum, grauibus ex causis immutatum, & emendatum, prout in d. Ordinat. prolixiùs videre est, cuius rationes hic explicare longum foret. Et ita iudicatum fuit Anno 59. in causa Reuisionis Burcken contra Brandenburg. Quibus accedat prædicta Docto. decisio, quòd difficultas † excutionis, restitutionem spolij impediat. Si enim pendente Reuisione fieret executio prioris sententiæ ante decisam, & expeditam Reuisionem, & posteà in Reuisione sententia reuidenda, retractanda foret, iuxta dispositionem d. Ordinationis de Anno 32. Deus bone, quantas turbas noua, & repetita executio inter Status Imperij excitaret? præsertim quando de restitutione Castrorum cum integris Territorijs ageretur. Et in Tractatu de Pace publica, lib. 2. cap. 17. notaui, difficultatem executionis, Commissarios, siue Executores in Camera deputatos, à pœna executorialium excusare, per allegata ibid. vt futuris scandalis obuiàm eatur. Menoch. vbi suprà, nu. 315. Hoc quoque in causa Reuisionis obiter obseruandum, quòd reuidere, sit ex eisdem Actis iudicare, proinde regulam l. per hanc. C. de temporib. appella. videlicet, non deducto deducam, non probata, probabo, in causis Reuisionum non habere locum, quia si nouæ probationes admitterentur, non esset Reuisio, sed potiùs renouatio Actorum. Prætereà obseruandum, Reuisiones ex præscripto Ordinationis breuiori tempore, quàm de iure communi, circumscribi, & sic prouocatum suspensione Executionis minùs grauari: & hæc quidem extra orbitam. Sed redeundo ad prædictam distinctionem voluntarij, aut necessarij sequestri. Primo casu † Docto. concludunt, possessionem amitti, si de amittenda possessione hoc apertè fuerit approbatum, per textum in l. interesse puto, ff. de acquir. vel amitt. possess. Bartol. & Docto. ibid. text. in l. licet de-

4 (margin, beside "cedat prædicta Docto. decisio… excutionis") · 6 (margin, beside "rij sequestri. Primo casu †")

ponere.ff.depositi. Bartol.ibid.per totum. Panormita.in c.2.de sequestr.possess.& fruct.Felin.in c.examinata, nume.10.de iudicijs. Altero verò casu non amitti, Doct.vbi suprà. Sed, vt propiùs ad materiam præsentem accedamus, certum est, Arrestis † & Impedimentis ex Constitutione Arrestorum possessionem non amitti. Et ideò si impeditus in re impedita turbetur, vel spolietur, interdicto retinendæ, vt quietè ei possidere liceat, vel recuperandæ, vt ante omnia restituatur, iuxta regulam l. si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de vi publ.licitè agere potest. Ratio, quia nemo sua possessione priuandus, ne à iudice quidem, tex.in l.prohibitum est.C.de iure fisci, lib.10.& in l. omnes iudices.C.de decurionib.eod.lib.tex.in c.conquerente, de restit.spoliat. Panormita.ibid.num.3. cum seq. & ideò ab Arrestis prohibitis de iure incipiendum non est, vt dixi prolixiùs suprà cap.1. Altera ratio est, quòd Arresta assimilentur † missionibus ex primo decreto, vt eleganter & in specie declarat Molinæ.in Consuetud. Parisien.par.2.§.1.in verbo, arrest.nume.17.cum seq. At missus in possessionem ex primo decreto, non acquirit verã possessionem, sed tantùm rei custodiam, & obseruãtiam, tex.elegans in l.cùm legati.ff.de bon.authori.iudic.poss. & in l.3.§.fin.ff.de acqui.vel amit.hered.tex.in c.1.de dolo & contumac.Panormit.& Doct.ibid.& in c.quoniam frequenter.§.in alijs, vt lite non contest. Quod verum est in actione personali, secùs in reali, Panor.in d.c.quoniam frequenter.§.in alijs. Alexan.in l.si finita.§.Iulianus, nu. 4.ff.de damn.infec.vide suprà cap.1. Proindè missionem passus ex primo decreto in actione personali, agrum impeditum colere, fructus, vt anteà, colligere potest, ita tamen, ne quid in præiudicium creditoris fraudulẽter agat, & negligẽtiùs colere incipiat, aut culturam malitiosè deserat: quo casu, creditori misso ex primo decreto, non solùm diligentior cultura, sed etiam rei locatio, ad modicũ tempus permittitur, longa verò tẽporis locatio, quia speciem alienationis continet, ei interdicta est, text.in d.l.si finita.§.si quis ante. ff.de dam.infect. & in l.Fulcinius, in fin.ff.quib.ex cau.in poss.eatur, tex.in d.l.cùm legati.Bal.

in Au-

in Auth.& qui iurat,nu.40.C.de bon.autho.iud.poſſ.Molinæ.loco citato,nu.20.& nu.27.cum ſequen. Quòd ſi ob nimiam Debitoris contumaciam Creditor ex ſecundo † 9
decreto in poſſeſſionem rei mittatur, etiam verã poſſeſſionem, adeoque iure dominij conſequitur, text. in d.c. quoniam frequenter.§.fin.& ibid.latè Panorm.& in l.vſufructu legato.ff.de vſufruct. Bart.in d.l.3.§.fin.ff.de acquir.poſſeſſ.gloſſ.ibid.in verbo, non poſſeſſionem, vide ſup.d.cap.1.Sed cùm ex Conſtitutione Arreſtorum cauſa Mandati de relaxando impedimento, & reſtituẽndo, ſtatim poſt præſtitam idoneam cautionem iudicio ſiſti,& iudicatum ſolui,ſummaria ſit,& impeditus,animũ deſerendi poſſeſſionem ſuam, non habeat, ſed cauſa principalis ſuper æquitate,vel iniquitate Arreſti,non in Camera diſputari,ſed ad Iudices Ordinarios,vigore dictæ Conſtitutionis,remittenda ſit,per notata ſuprà cap.3.& infrà cap. 13.fruſtrà in iudicio Cameræ quæſtio mouetur, an Arreſtis Imperialibus poſſeſſio amittatur, ſed illa diſputatio altiorem quæſtionem requirit,& ad cauſam principalem pertinet, vbi cauſa cognita tractari poterit, ſecundùm actionis naturam, & Rei,vel Debitoris contumaciam, per tex.in d.c.quoniam frequenter.§.in alijs. & in d.c.1. & 2. de dolo & contuma. Docto.in d.l.ſi finita. §.Iulianus. ff. de dam.infect. Illud extra omnem † controuerſiam eſt, 10
pacto conuento,vel conſuetudine loci, poſſeſſionem rei hypothecatæ, ob moram Debitoris in Creditorem tranſferri, quod eſt in materia Arreſtorum frequentiſſimum, per text. in l. penult. C.de pignor.actio. & in l.creditores.C.de pignorib. vtrobique Docto. Cùm enim huiuſmodi pacta nullam contineant turpitudinem, & quilibet rei ſuæ moderator, & arbiter ſit,per vulgaria, conſequens eſt talia pacta firmitatem habere, & obligatoria eſſe. Et ideò dubitari poſſet, an talia pacta † impediant pa- 11
ritionem Mandati in Camera, ſi per viam exceptionis,& paratæ probationis obijciantur: hodie conſtat de conuentione, hodie agatur,& Mandata Cameræ iniquè impetrata, reuocentur, & caſſentur, iuxta textum in l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſſ. legato. Non memini hoc in ſpe-

cie in

cie in Camera decisum: existimarem tamen talem exceptionem in puncto Mandati, paritionem non remorari: nam cùm illa impedimento sit paritioni, quæ summaria esse, vel celeri processu expediri debet, putà per viã præcepti d.l.si coloni.C.de agric.& censit.lib.11.ideò ad caussam principalem reseruandam esse censeo, per textum in l.in hac actione. §.ibidem subiungit. ff.ad exhib. Bartol. ibid.num.1. Postquàm enim Arrestatori iudicio sisti, & iudicatum solui idoneè cautum est, hanc moram patienter ferre, & quod sibi debetur ex pacto, vel conuentione, iure, non de facto, exigere debet, per textum in l.si quis in tantam.C.vnde vi, cum concordantibus. fortè tamen aliter in Camera receptũ est, cùm huiusmodi pacta valeant, & ideò seruanda sint, text. in l.1. ff. de pact. cum similib. & infrà cap.vltimo, vbi hoc quoque notaui. Con-
12 suetudinem † quoque transferre posse possessionem absque alia traditione, communiter placuit. Si igitur Arresta ex consuetudine possessionem transferant, amitti possessionem certum est, quia si hoc pacto fieri potest, ergò multò magis statuto, vel consuetudine, argumenta à minori ad maius affirmatiuè sumpto, cùm maior sit potestas legis, quam hominis, qui legi subest, text. notab. in l. fina. C. de fideiussorib. Bald.ibidem, num.2. Nicol.Euerhardi in locis legalibus, in loco, à pacto ad legem, vel statutum. Quapropter, si immissus ex primo decreto, vigore Statuti, vel Consuetudinis, fructus suos faciat, possidere censebitur, quia commoditas possessionis, in perceptione fructuum consistit, text. in d.l.vsufructu legato. ff.de vsufruct. & in l.item si fundi. ff.eodem tit. Bald. in l.consentaneum, nume.30.C.quomod.& quan.iudex. Alexand.in d.l.si finita. §. Iulianus, nume.100. ff. de damn.
13 infect. Sic Consuetudine Galliæ receptum est, † in prehensione feudi: nam statim auocatur possessio feudi à vasallo, & in Dominum transfertur, si in probatione iurium deficiat, aut Cathalogum rerum feudalium in petenda reuocatione inuestituræ, simul non exhibeat: nam ad confirmandum feudum suum, duo ex Consuetudine Galliæ requiruntur. Primò, iurium feudalium probatio.

tio. Secundò, rerum feudalium Cathalogus, siue designatio, vti latè tractat Molinæ.in Consuetud.Parisien.parte 1.titul.1.per totum. Quod etiam absque consuetudine, iuri communi † non est contrarium, per gloss. in l. 14
penult. §. in exigendis, in verbo, iurata. C. quomod. & quib.quar.pars,lib.11. Ias. pulchrè in l.2. nume.173. C.de iure emphyteu. Alber.in l.si certis annis, nume. 10. C.de pact. Angel.in l.si in rem,num.6. ff.de rei vendicat. Speculat.titul.de emphyteu. §. nunc aliqua, nume. 78. cum sequent. vbi etiam tradunt, quæ sit † de iure pœna con- 15
tra Vasallum, non exhibentem Cathalogum, siue designationem, aut specificationem rerum feudalium constituta. Certè prouidi, & prudentes Vasalli, non deberent in eo difficiles esse, cùm ex tali designatione, & confirmatione Domini directi, ius feudi robur accipiat, firmiusque consistat. Sic † quoque ex Consuetudine Gal- 16
liæ, possessio rerum hęreditariarum transit in hæredem absque vlla corporali apprehensione possessionis, Afflic. decis.299.nume.4.Tyraquell.in Tractatu suo,Le mort saisit le vif, in sexta declaratione præfationis, num.5. Bartol.in l.cùm vnus.§.fina.nume.3. ff.de bon.authorita. iudic.possid. Bald.ad Rubric.de caus.possessio. & propriet. nume.13. & in l.licet,nume.2. C.de acquiren.possess. Panormita. in c.cùm venisset,nume.14.de restitut.spoliato. Alexand.consil.24.nume.2.volum.3.incip.attentis his. vbique tradunt valere statutum, vel consuetudinem,quòd possessio in aliquem ipso iure, sine apprehensione, & facto nostro transferatur, allegant ad hoc l.raptores. C.de episcop.& cler. & c.2. de consuetud. & ita se habet communis opinio,attestante Alexan.d.consil.24. Et hanc possessionem artificialem,quia non consistit in sensu corporeo,nec in organis corporis, sed à lege, absque præsentia corporali,creata est, siue ciuilissimam vocant,cùm nihil in se facti habeat. Bald.in d.Rubr.de caus.possess.& proprieta.num.13.& in l.fin.num.8.in fin.C.de sacrosanct.eccles. Alexan.vbi suprà.Bald.in l.traditionibus,num.15.in fin.C.de pact.

CAP.

CAP. XIII.

An in relaxatione Arrestorum, omnis vtilitas rei Arrestatæ in restitutionem veniat.

SVMMARIA.

1 *Mora contrahitur, si res Arrestata statim post præstitam, vel oblatam cautionem non restituatur.*

2 *Quando quis dicatur in mora esse.*

3 *Mora, vnica interpellatione, etiam extraiudiciali contrahitur.*

4 *Restitutionis verbum, plenißimam habet significationem.*

5 *Verba cum effectu, & sine calumnia accipienda.*

6 *Relaxare, est in pristinum statum restituere.*
Camera de expensis, & damnis Arrestorum cognoscere potest. ibid.

7 *Iurisdictio delegata, extenditur ad connexa.*

8 *Mandata Cameræ, secundùm stylum Iudicij regulanda.*

9 *Rei interitus, post moram ad debitorem speciei pertinet.*

10 *Mora, obligationem perpetuā facit, & ad hæredes transmittit.*

11 *Interitus rei, pendente termino purgandi moram, cuius sit.*

12 *In restitutione damnorum, non causa iustitia, sed factum prohibitum consideratur.*

13 *In facto prohibito, de iuribus partium ante restitutionē non est disputandum.*

14 *Damna, ante cautionem data, an præstanda sint.*

15 *Actor quandoque in mora constituitur.*

16 *Damnum, quando quis pati dicatur.*

17 Damno-

17 *Damnorum appellatione quid veniat.*
18 *Iurisdictionis commoda, fructuum nomine continentur.*
19 *Feræ bestiæ, fructus venationum sunt.*
20 *Particularis solutio, non liberat debitorem ab hypotheca.*
21 *Lucri cessantis ratio, an in restitutione rerum Arrestatarum consideranda sit.*

Dictum est de Pignorationibus Obserua.16. cum sequen. in causis pignorationum, rem pignoratam cum omni sua causa, & vtilitate restituẽdam esse, aliàs ad pœnam Mãdati paritionis agi posse per iura ibidem allegata. Quæritur modò, an idem quoque in Mandatis pro relaxatione Arresti obseruari debeat? vtputà, si ex mora Arrestatoris res deterior facta sit, aut planè intercidat, anne eo casu, relaxatio fieri, & res in eodem statu, quo fuit tempore impedimenti, vel Arresti, restitui, vel Arrestator morosus, interitum rei præstare debeat? Non video rationem differentiæ. Sicut enim pignorationes ipso iure interdictę, ac reprobatæ sunt, & non parentem Mandato Cameræ, in mora constituunt: quia pignorator rem illicitam, & iure reprobatam facit, ita quoque Arresta facti, proindè † rei deterioratio, vel interitus ad ipsum spectat, & casum interitus, vel deteriorationis præstare debet, text. in l. quod te. ff. de rebus credit. si cert. peta. & ibid. communiter Docto. text. in l. 1. C. de his quæ vi met. caus. & in l. si ex legati causa. ff. de verborum obligat. cum allegatis de pignorationib. Obseruat. 18. Dicitur autem † quis in mora esse eo ipso, quòd maluit iniquè litigare, quàm rem restituere, tex. notab. in l. nemo rem suam. la. 1. §. 1. ff. de verborum obligat. gloss. ibidem, in verbo, litigare. Similiter Ias. nume. 4. 10. & 26. tex. in l. mora. ff. de vsuris, gloss. ibid. in verbo, difficilis, quæ quinque effectus moræ recenset. Itaque Arrestator, qui post præstitam, vel oportuno tempore oblatam cautionem, iudicio sisti, & iudicatum solui, litigare maluit, quàm 1 2

quàm Impedimentum, vel Arrestum relaxare, in dolo esse censetur, & sic in mora constituitur, per text. in l. in re. ff. de condict. furtiua. & in l. fina. ff. eod. tit. text. in l. mora. ff. de vsuris. & in l. qui sine dolo. ff. de regul. iur. & per consequens à tempore moræ, ad damna, interesse, & expensas tenetur, d. l. quod te. & d. l. mora, cum simil. Mora enim † vnica interpellatione etiam extraiudiciali, ex communi Docto. opinione, contrahitur, per text. in l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de lega. 2. & in l. denunciasse. ff. ad leg. Iul. de adulte. tex. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nuncia. & in d. l. mora. Bart. in l. qui Romę, §. Seia, num. 4. Ias. ibid. num. 8. & num. 10. vbi communem dicit. ff. de verborum obligat. Idem in d. l. si ex legati causa, num. 15. gloss. in l. vinum, in verbo, cùm petitum. ff. de rebus credit. si cert. peta. Quapropter, si pendente termino paritionis, res Arrestata deterior facta sit, vel planè intercidat, id quod Arrestato ex mora deest, in restitutionē veniet, & periculum interitus ad morosum spectabit. Ratio, quia res propriè restituta non dicitur, quæ deterior redditur, tex. in l. 3. §. si reddita. ff. commod. & in l. Iulianus.
4 §. si quis rem. ff. ad exhib. Verbum enim restitutionis, † plenissimam habet significationem, & omnem rei vtilitatem continet, tex. not. in l. Iulianus. ff. de rei vendic. vbi dicitur, cùm de fructibus æstimandis quæritur, animaduertendum, non quomodo malæfidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset. Ad idem est tex. in l. prætereà. ff. eodem tit. & in l. videamus. la. 2. §. item si indebitum. ff. de vsur. tex. in l. si in condemnatione. §. cùm verbum. ff. de regul. iur. & in Authen. & qui iurat. C. de bon. authorita. iudic. possid. Quò per-
5 tinet, quòd verba † cum effectu accipienda sint, text. in c. grauis, de restitut. spoliat. tex. in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. & in l. penult. ff. ad exhib. vbi dicitur, verba legis non esse calumnianda, neque captanda: item,
6 quòd relaxatio, † sit in pristinum statum restitutio, text. in l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minorib. & in d. l. Iulianus. §. quantum autem. ff. ad exhiben. vbi dicitur, quòd exhibere, sit rem in eadem causa præstare, in qua fuit;
cùm

cùm iudicium acciperetur. Hinc est, quòd in Mandato Cameræ de relaxando, mandetur Arrestatori sine clausula iustificatoria, vt impedimentum, absque vllo onere, & grauamine Arrestati, tollat, ohn entgeltnuß/ per text. in d.l. videamus. la.2. & alia iura suprà allegata. Et licèt hóc expressè in Constitutione Arrestorum dispositum non sit, tamen illud ex natura restitutionis venit, & ita vsu, & Camerali praxi legitimè receptum est. Sicut & illud, quòd Camera de expensis & damnis Arrestorum cognoscat, & quid in restitutionem veniat, decernat: tametsi de eo quoque nihil in Constitutione Arrestorum decisum sit, per rationem, quòd ei, cui conceditur principale, accessoria quoque concessa esse intelligantur, per tex. in l.2. ff. de iurisdict. omn. iudic. cum vulgaribus. Vnde infertur, † quòd licèt iurisdictio iudicis delegati, stri- 7
ctè intelligenda, & vltrà expressa extendenda non sit, per textum in c. cum P. & G. in fine, de offic. & potesta. iudic. delega. & in c. cùm delicta, circa finem, de rescrip. tamen ratione continentiæ, ne illa diuidatur, etiam ad connexa, & accessoria extenditur, per textum in c. prudentiam. §. si verò, de offic. & potesta. iudic. delega. Panormita. ibidem, num. 2. vbi dicit, delegatum posse cognoscere non solùm de eo, quod venit accessoriè ad causam principaliter sibi commissam, sed etiam de eo, quod venit accessoriè ad accessorium causæ sibi commissæ. Docto. in d. l.2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et ita vsus, & practica Cameralis obseruat: nam huiusmodi & similia Mandata Cameræ, † secundùm stylum, & consuetudinem illius iu- 8
dicij, regulanda sunt, text. in d.c. cùm M. Ferrariensis, de constitutio. vbi latè Felin. & text. in l. fina. C. de fideiussorib. ibi, in vsu quotidiano versari adspicimus. & in l. 1. ff. de vsuris, ibi, ex more regionis, vbi contractum est, tex. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. ibi, vt id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Alexand. in l. si finita, num. 2. ff. de dam. infect. Ias. in l. certi condictio. §. si nummos, nume. 5. cum sequen. ff. si certum peta. Et hæc est prima ratio, cur morosus ad plenariam restitutionem, & rei interitum teneatur. Altera

9 verò ratio est, quòd regulariter† post moram, rei interitus ad debitorem speciei pertineat, text. in d. l. nemo rem suam. §.1. ff.de verborum obligat. & in d.l. si ex legati causa. & in d.l.quod te, gloss. ibidem, in verbo, detrimento, text.in l.de eo.§.penult.ff.ad exhib. Cuius regulæ ratio est, quòd res perempta, odio moræ, adhuc extare, & in rerum natura esse, credatur: ideoque perinde peti possit, ac si adhuc superesset, quia qui occasionem damni pręstat, damnum dedisse videtur, text.in l.qui occidit.§.in hac quoque. ff.ad leg.Aquil. cum concordantibus allegatis ibid. in gloss.in verbo, videtur. Et ex mora
10 obligationem perpetuari,† & ad hęredes transire, certum est, text.notab.in l.si seruum.§.sequitur, cum §.sequen.& §.fina.ff.de verborum obliga. vbi dicitur, moram perpetuare obligationem, & rem peremptam adhuc in obligatione & petitione esse, tam quóad principalem debitorem, quàm eius hęredes, ac fideiussores. Ad idē est text. in d.l.si quis solutioni.§. fin.ff.de vsur. vbi dicitur, interpellationem procuratoris, stipulationem perpetuam facere etiam homine promisso mortuo, concordat text.in d.l.nemo rem suam.§.1. Prędicta regula ampliatur proce
11 dere, etiamsi res intra tempus † purgandi moram intereat, tex.notab.in l.sancimus.§.fin.C.de fideiuss. Bart.ibid. nu.3.vbi dicit illud esse singulariter notandū. Idem Bart. in l.si insulam, nu.22.ff.de verb.oblig. Ias.ibid.nu.37.& in d.l.si ex legati causa, nume.4.ff.eod.tit. Ratio huius ampliationis est, quia si periculum interitus, pendente termino purgandi moram, ad morosum non spectaret, sequeretur absurdum, moram non esse moroso nociuā contra regulam l.in condemnatione.§.vnicuique.ff.de regu. iur.& in c.mora, eodem tit.in 6. Ias.in d.l.si insulam, nume.37. Obseruandum quoque singulariter, † quòd in hac
12 restitutione damnorum, expensarum, & fructuum, non consideretur iustitia Arresti, an benè, vel malè interpositum sit, sed tantùm factum prohibitum, hoc est, ipsum Arrestum, quòd causam damni dedit. Constitutio Arrestorū vult ante omnia, post pręstitam sufficientē cautionē relaxari Arrestum cū omni sua casua, & vtilitate, tanquàm

quàm factum illicitum,& iure prohibitum. Causam verò principalem,hoc est, an licitè impedimentum factum sit,nec ne,ad iudicem causæ principalis, putà competentem,remittit. Nam cùm talis causa altiorem indaginem requirat,in Camera in hoc summario Relaxationis iudicio ventilari non debet, per text.notab.in l.in hac actione. §.ibidem subiungit.ff.ad exhib.Bartol.ibid.num.1. & tex.in l.1.§.parui refert. & §.sequen.ff.quod vi aut clàm. vbi Vlpia.dicit, nihil referre in interdicto, quod vi, aut clam, an quis ius faciendi habuit, siue non: nam aduersus vim,vel quod clam factum est,nulla iusta exceptione quis se tueri potest,vbi etiam Bartol.num.1. notat per illum tex. regulam, † quòd in facto prohibito, de iuribus 13
partium ante restitutionem disputandum non sit, facit quoque regula l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iuli.de vi publ.gloss.ibid.in verbo,violentiæ,quòd videlicet spoliatus ante omnia restituendus sit, remota quæstione dominij,adeò, vt non teneatur spoliatori in alia causa in iudicio respondere, nisi priùs facta restitutione, per text. notab.in c.fina.de ord.cognit. & in c.cùm dilectus, eod. tit. Panorm.in c.accedens, num.2.vt lit.non contest.Sed quid de damnis, † & expensis ante oblatam & præstitam 14
cautionem datis,an in restitutionem quoq; venient? Minimè,quia tali casu nulla mora Arrestatori,sed potiùs Arrestato imputari potest,eò quòd nõ fecit, quæ ex prescripto Constitutionis eum prestare oportuit,& sic legẽ Imperij non impleuit.Quemadmodum in simili vsufructuarius,si cautionem exacta in proprietario petenti nõ prestet, fructus suos non facit,per notata Obser.lib.2.Obser. 46. facit text.in c.non est in mora,de regul.iur.in 6.Et sic obserua, † non solùm Reum,sed etiam quandoque Actorem in mora constitui posse,vtputà,si pro conseruatione 15
iuris sui non faciat id, quod de iure facere obligatur,per tex.in l.si ita quis promiserit. §.Seia. ff.de verborum obligat. Zas.in d.l.si insulam,num.3.cum sequen.vbi notat, Actorem dupliciter in mora constitui posse, vt ibi per eum, facit tex.in d.l.si finita. §.eleganter, de dam.infect. & in l. nam si actor. ff. de rei vendicat. Damna igitur

æstimanda, & restituenda sunt, cum omni sua causa, & vtilitate, à tempore oblatæ, vel præstitæ cautionis, etiamsi Mandatum relaxationis in Camera nondum obtentum sit, quia Arrestator statim post oblatam, vel præstitam cautionem, sola interpellatione extraiudiciali in mora constituitur, ergò ab eo tempore moræ purgatio, & integra rei Arrestatæ restitutio fieri debet, per textum in c.grauis, de restitutio. spoliat. & in dicta l.Iulianus.§. penult.& §.fina.ff.ad exhiben. cum similibus suprà allegatis. Quod etiam procedit, antequàm Mandatum relaxationis in Camera obtentum sit: nam sola extraiudicialis interpellatio Arrestatorem, vt dictum est, in mora constituit, quia tunc sciuit, vel scire debuit, quæ paria sunt, text.in d.l.quod te. ff.si certum peta. & in l.3. §. clàm facere. ff.quod vi aut clàm, cum l. sequen. ab Arrestis non esse incipiendum, & sic se rem illicitam, & iure prohibitam fecisse, ne melioris conditionis sint stulti, quàm periti, vt inquit Vlpianus in d.l.3. §.fina. cum l.sequen. Dixi paulò antè, rem impeditam cum omni sua vtilitate restituendã, per iura allegata: proinde quicquid ex re Arrestata damni Arrestatus passus sit, id omne integrè restituendum.
16 Dicitur † autem damnum pati is, qui lucrum amittit, text.in l.proinde.la.1. §.fina. cum l.sequ. ff.ad leg.Aquil. & in d.l.Iulianus. §. quantum autem.ff. ad exhib. vbi dicitur, rem non videri exhibitam, cùm petitor intentionem suam perdidit. Item damno afficitur, qui spem lucri amittit, aut voluntatem suam implere, & desiderio suo satisfacere impeditur, text.in l.1. §.meritò, versic.damnum. ff.ne quid in loco publi. & in l.si nauis. §.fina.ff.de rei vendicat. & in d.l.Iulianus.ff.eodem titu. Menoch.in primo remedio recuperan.possess. nume.412.
17 cum sequen. In summa, appellatione damnorum, † continentur omnes fructus, & quodcunque interesse, & vtilitates, quæ ex re Arrestata prouenire possunt, per textum notabilem in l.loci corpus. §.1. ff. si serui. vendic. & in l.& si fortè. §. final.ff. eodem titul. & in d. c. grauis. Bartol.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter, nume.5.ff. quibus ex causis maior. Lucas de Penna in l.si coloni, versic.

sic.nonò quæritur.C.de agrico.& censit. lib.11. Proindè Arrestato Territorio,aut fundo vectigali,fructus iurisdictionis,qui durante impedimento ex Territorio, vel fundo vectigali percepti sunt, aut percipi potuerunt: putà multa,códemnationts criminales, excessus subditorum, & commoda vectigalium in restitutionem venient d.l. loci corpus.§.1. vbi quæritur,qui dicantur fructus seruitutis. Respondet Iureconsultus, id fructuum nomine computari, si quid sit, quod intersit agentis, seruitutem non prohiberi. Ad idem est tex.in d.l.proinde.la.1.§.fin. & tex. in d.l.Iulianus.§.fina.ff.ad exhib. vbi dicitur,quod omnes vtilitates,si quæ amissæ sunt ad hoc, quòd non exhiberetur, vel tardiùs quidem exhiberetur, æstimandæ à iudice sunt. Item vtilitates actoris in æstimationem venire, non quanti ea res sit tempore restitutionis, sed qualis fuit,cùm peteretur. Adde Alexand. in l.diuortio. §.si vir. ff.solu.matrimon. nume.9. vbi dicit, per illum textum. maritum † ex re dotali, commoda mulctarum, tan- 18
quàm fructus dotis,rectè percipere,& suos facere.& Baldus in l.1.nume.10.C.de fruct.& liti.expens. notat, commoda iurisdictionis, fructuum nomine contineri: quia occurrente occasione,renascuntur,quod propriè fructuum est. Vnde infert, emptores Gabellarum,siue vectigalium, lucrari pœnas, & mulctas inde prouenientes, per rationem, quòd talia commoda, & emolumenta in fructu sint, & per consequens emptorum lucro cedant, per textum in l.si quis sine.C.de vectigalibus & commissis.& in c.1. quæ sint Regalia,vbi mulctæ, tanquàm fructus iurisdictionis, inter Regalia computantur. Sic in pecudum fructu, fœtus est, sicut lac,& pilus,& lana,text.in l.in pecudum. ff.de vsuris. Sic feræ bestiæ, † fructus venatio- 19
num sunt, dummodò fructus fundi ex venatione constent,tex.in l.venationem.ff.de vsur. item Aucupionum, & piscationum redditus, quæcunque denique obuentiones & rei accessiones, fructuum nomine continentur, text.notab.in l.vsufructu legato,cum trib.sequen.ff.de vsufruct.& quemadmo.quis vta.frua. Et ideò hęc omnia in restitutionem venient, & à iudice ęstimanda sunt, a-

 liàs

liàs res Arrestata non dicetur plenè restituta, neque Mandato Cameræ integrè satisfactum. Particularem enim solutionem non sufficere, notum est, per textum in l. planè. ff. famil. erciscun. & in l. quidam æstimarunt. ff. si certum peta.
20 Quo fit, † vt pignoris, vel hypothecæ obligatio non dissoluatur, nisi debitum integrè solutum, etiamsi debitor pro maiore parte debitum consecutus sit, text. notab. in l. quamdiu. C. de distract. pignor. & in l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignorat. actio. tex. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. & in l. acceptam. C. eodem tit. Sed & lu-
21 cri † cessantis rationem ob rem iniquè arrestatam in Mercatore, & alijs ex re arrestata lucrari, & quæstum facere solitis, habendam esse puto, per text. in l. 3. §. fina. ff. de eo quod cert. loco. & in l. socium qui. ff. pro socio. & per notata Obseruat. lib. 2. Obseruat. 6. & in Trac. pignorat. Obserua. 17. vbi prolixiùs vide, cum allegatis ibidem.

CAP. XIIII.

An iniquè Arrestatus contra Arrestatorem, vel Iudicem iniuriarum agere possit: item de exceptionibus paritionem in causa Mandatorum impedientibus.

SVMMARIA.

1 *Magistratus calumniosè agens, iniuriarum conueniri potest.*

2 *Cum alterius discrimine temerè vagari, iniuriosum est.*

3 *Cautio iudicio sisti, & iudicatum solui, an actionem iniuriarum tollat.*

4 *Arrestans indebitè, an in Camera iniuriarum conueniri queat.*

5 *Causa præiudicialis, an suspendat causam principalem, & quò remittenda sit.*

6 *Cur*

NON solùm Arrestatus super restitutione damnorum, interesse, sumptuum, & expensarum, sed etiam super iniurijs agere poterit, per tex. in l. item apud Labeonem. §. si quis bona, cum §. sequen. ff. de iniurijs. vbi is, qui non debitorem, quasi debitorem per calumniam appellauerit, iniuriarum tenetur, tex. in l. iniuriarum. la. 1. §. fina. ff. eod. tit. & in l. si creditores. §. fina. ff. de priuileg. credito. idque procedit, non solùm si à priuato, sed etiamsi à Magistratu Arrestum indebitè factũ sit. Ratio, † quia nec Magistratibus licet aliquid iniuriosè facere, text. in l. nec Magistratibus. ff. de iniur. & in l. factum à iudice. ff. de regul. iur. text. in c. conquerente, de restitut. spoliat. Panormita. & Canonist. ibid. Ias. & Doct. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. vbi tradunt, quòd præceptum iudicis inualidum, non excuset à pœna iuris. Et cum discrimine † existimationis alterius, temerè vagari, iniuriosum est, text. in l. Prætor edixit. ff. de iniurijs, præsertim homini illustri, & dignitatis splendore spectabili, cui famæ integritas, ipsa vita charior esse debet, text. in l. iusta. ff. de manumiss. vindic. & in l. isti quidem, ff. quod metus caus. Sed nunquid † prestatione cautionis iudicio sisti, & iudicatũ solui, iniuria, si qua facta est, Ar-

(margin numbers: 1, 2, 3 beside the lines beginning "tio,† quia", "cum discrimine", "ff. quod metus")

statori, tacitè remissa esse censeatur? Minimè, quia actus agentiũ, non operãtur vltrà eorum intentionem, tex. in l. nõ omnis. ff. si certum petat. Sed cautiones illæ, eò nõ spectant, vt actionẽ tollant, sed solummodò vt Arrestũ impediant, vel factum tollant, ergò intentionẽ cauentis egredi non debent, text. in d. l. non omnis. & sic Arrestatus nihilominùs iniuriarum contra Arrestatorem agere
4 potest, sed non † immediatè in Camera Imperiali, quia iniuria illa, ex re illicitè Arrestata proueniens, causam principalem, hoc est, iustitiam, vel iniustitiam Arresti, concernit. At illa, non in Camera, sed coram Iudice competente, agitanda est, per ea quæ dixi suprà cap. 3. & cap. proximo. quia an iure, vel iniuria res Arrestata sit, altiorem indaginem, & causæ cognitionem requirit, ergò ad merita causæ reseruanda, per allegata suprà d. cap. 3. & ex euentu iustitiæ, vel iniustitiæ Arresti pendet: interim igitur donec de eo cognitum sit, suspendenda
5 est, sicut fieri solet, in causis † præiudicialibus, per textum in l. 1. & in l. si status. C. de ordin. cognit. & in causis ciuilibus, si incidat quæstio spiritualis, nam illa ad iudicem Ecclesiasticum remittitur, suspensa interim causa ciuili coram seculari pendente. Bald. in l. quoties. C. de iudicijs, per totum. Et licèt secùs sit in causis pur-
6 gationum † super fracta pace, vbi iniuria, ex iniusta citatione ad purgandum procedens, immediatè in Camera, vel pro arbitrio diffamati, coram competente iudice agitari potest, próut habetur in Ordinatione Cameræ parte secunda, titul. 10. §. fina. Attamen hoc in Arrestis non obtinet, quia Cameræ Iurisdictio, quóad decernendum Mandatum de relaxando Arresto, & damna inde prouenientia, solummodò fundata est, per ea, quæ suprà Cap. proximo de stylo, & obseruatione Cameræ dixi: causa verò principalis, ex dispositione Constitutionis Arrestorum, eò non pertinet, sed ad iudices ordinarios remittenda est. Cùm igitur iniuria, ex iniquo Arresto procedens, causam principalem respiciat, meritò eò remittenda est. Nec obstat, quòd aliter
in cau-

in causis purgationum constitutum sit, quia illa iniuria principaliter ex citatione ad purgandum, initium sumit, & causæ fractæ pacis inhæret, ergo ratione continentiæ in Camera ventilari, aut pro arbitrio, coram ordinario Iudice diffamantis, proponi, & agitari poterit. Sed causa Arrestorum in Camera, cum principali nihil commune habet, sed separata est, ergo coram Iudice competente proponenda. Illud quoque in materia iniuriarum, communi Doctorum calculo, receptum, & in Camera multis præiudicijs confirmatum est, remissione † 7
iniuriæ, damnorum interesse, & expensarum repetitionem, remissam non censeri, sed in ijs parti iniuriatæ, petitionem saluam, & integram esse, per textum quem ad hoc omnes allegant in l. si domus. ff. de seruitu. vrbano. prædio. Ita tenent Docto. in l. 1. ff. de pact. Ias. ibi. num. 16. Bald. in d. l. si domus, num. 2. & 3. Specul. titu. de accusatore, §. 1. num. 8. versicu. quid si vulneratus. Alexan. pulchrè consil. 168. num. 5. per totum, volum. 1. Bartol. & Doct. in l. si tibi, §. quædam. ff. de pact. Itaque transigendo † super iniuria, non intelligitur super damnis, & in- 8
teresse transactum esse, nisi hoc expressè in transactione dictum sit, quod pro cautela instrumentis pacis inseri, & nuncupatim exprimi solet, cuius cautelæ meminit Bald. in d. l. si tibi. §. quædam, nume. 2. in fin. & Ias. in d. l. 1. nume. 16. ff. de pact. vbi vide, quibus modis iniuria tacitè remittatur, & gloss. in §. fina. Institu. de iniur. Bartol. in l. non solum, §. 1. ff. de pact. & inter cæteros modos obserua, mutua † compotatione, iniuriam tacitè remit- 9
ti, ex sententia Angeli in d. l. 1. nume. 4. ff. de pact. Vnde solent Aulici, pocula iniuriantis, iure Aulico accipere, auff hoffrecht / hoc est, citra præiudicium iniuriæ. De exceptionibus, quæ in causa Arrestorum in puncto Mandati paritionem impedire possunt, dixi suprà per discursum. Vt autem eas in parato habeat Lector, breuiter præcipuas quasdam, veluti vnico fasciculo colligatas hîc subijciam, etsi hoc singulari Capite suo ordine fieri debuisset. Et † primò, omnium exceptionum potentissi- 10

ſima eſt illa, quæ ex defectu iuriſdictionis proficiſcitur, idque tam perſonarum, quàm rerum ratione contingit. Perſonarum ſi vtraque pars Imperio immediatè ſubiecta non ſit. Nam qualitas illa iuriſdictionem Cameræ fundat, ergo illa deficiente, iuriſdictio Cameræ ceſſat, per ea, quæ dixi ſuprà cap.7. quò ſpectat etiam exceptio iudicis incompetentis. Secundò, ex defectu cautionis ſufficientis, quia ſi Arreſtatus idoneam cautionem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui præſtare recuſet, non ſatisfacit Conſtitutioni Arreſtorum, quæ illas cautiones requirit, & per conſequens ſi non præſtentur, ceſſat eius diſpoſitio, per notata ſuprà cap.4. Rerum exceptiones ſunt, & quidem tertiò, Cauſam non eſſe ciuilem, ſed criminalem, & ideò, ad Cameram non ſpectare, per iura d.c.4. allegata. Quartò, rem propriam eſſe arreſtatam, non alienam, & ſic potiùs cauſam ad interdictum vti poſſidetis, vel recuperandæ poſſeſſionis, quàm ad Conſtitutionem Arreſtorum, & per conſequens, ad viam ordinariam der Auſträg/ pertinere, per notata ſuprà cap.5. Quintò, rem eſſe litigioſam vel controuerſam, & in iudicium alibi prius deductam, & ſic iniquum fore, reum diuerſis iudicijs fatigari, text. in l. nulli. C. de iudic. Ad inducendum verò vitium liti-
11 gioſi, † de forma requiri libellum, notat Bal. in Authen. litigioſa, nu.1. C. de litigio. Natta conſi.2. nu.1. incip. circa primum, vbi concludit, per ſequeſtrum, rem non fieri litigioſam, quia actio hypothecaria in iudicium deducta, per quam quis dicit ſe ius habere in re, nõ inducit vitium litigioſi, glo. approbata in l. lite, in verbo, deductæ, C. de litigioſ. Bald. in d. Auth. litigioſa, in fine, ergo multò minus efficitur litigioſa per ſequeſtrum, quod circa ipſam rem verſatur, ita conſuluit Natta d. conſil.2. per totum, quem ad hoc omninò vide. Ad hanc exceptionem referri poſſunt aliæ huic affines, veluti, rem Arreſtatã eſſe tributariã, & cenſualẽ, Zollbar/Zinßbar/vnd Steurbar/ & ſic ſolutione eius, quod debetur, impedimenta, & Arreſta, non via Mandatorum tolli. Item rem eſſe arreſtatã
12 ſiue impeditam ob non † ſoluta iura emigrationis, & mutationis domicilij, quæ vulgò, nachſteuren/ vocantur, &
ex con-

ex consuetudine, statuto, vel priuilegio Magistratui ex bonis mutantis domicilium, debentur, item pro iuribus seruitutũ personalium, von wegen der leibaigenschafft. Nam Asscriptitij, ex consuetudine Germaniæ nõ possunt domicilium & colonias suas sine consensu Dominorum suorum mutare, & aliò se trãsferre, per notata suprà cap. 8. Sexta exceptio in ordine poni poterit, Arrestum esse Iudiciale per sententiam, & rem iudicatam in contumaciam non facientis iudicatum, & sic nõ pertinere ad Constitutionem Arrestorum, per notata suprà cap. 11. Septima, Arrestum esse conuentionale, ex pacto & conuentione interpositum, quia conuentionalia Arresta de iure nõ sunt prohibita, vt dixi suprà cap. 1. & d. cap. 11. cum sequ. Plura his, ex vsu & obseruatione Cameræ Imperialis addere quilibet potest. Hæc sunt, Candide Lector, quæ ad Constitutionem Arrestorum annotaui, quæ omnia qualiacunque sunt, inprimis Clarissimorum Dominorum Assessorum Cameræ Imperialis, & cuiuscunque rectius sentientis iudicio, sanè quàm libenter, & ingenuè submitto. Ego verò iam in hac delassata ætate, afflictaque valetudine, alijs mea lampada trado, & cum Horatio:

Nec tardum operior, nec præcedentibus insto.

FINIS.

EPIGRAMMATA QVAEDAM ANDREAE GAILL F. POST ACCEPTAM PADVAE PVBLICE' IN VTROQVE IVRE DOCTORALEM LAVREAM AC BREVI INTERIECTO

tempore, Coloniæ in Patria ipso ætatis suæ, XXIX. flore, immatura morte, veluti fatali quodam Arresto prærepti, inter cætera sua scripta, truncatim reperta, parens F. optimo, memoriæ, & consolationis ergo, gratæ posteritati exhibet.

AD LECTOREM.

CVlpas quod tantum risus, nec seria tractem,
Quod mea sit facili pagina scripta stylo:
Ipse fuit tali sed cultus in arte Catullus
Talibus excudi vult Epigramma modis.
Si tibi displiceant deliria nostra, recede:
Nolo mihi caueas scribere: nolo legas.

IN ZOILVM.

FAma refert, priscos, nasus quibus amplior esset,
Regnis & populis complacuisse Duces.
Nempè quod indicij specimen tunc nasus herilis
Proderet, ornaret militiaq; virum.
Si verum annales referunt, quid machina nasi
In tibi tam magna Zoile fronte facit?

CL

IN EVDIONEM.

Ad cæ-

AD cœnam quoties Euclio me vocas
Festinare iubes: accipe gratias.
Aures, non stomachum, cœna replet tua.

IN EPVLONEM INFIRMVM

SVnt tibi magnatum mensæ, est mihi cœna Platonis
Vina bibis, coctæ me iuuat haustus aquæ.
Non tamen idcirco tecum mutauero sortem,
Quantumuis tibi sic Rex videare potens
Vt benè semper eam, conuictu parcius vtor:
Stertere tu mauis, vt benè semper edas.

DE ACERRA.

SObrius in turpes it pauper Acerra tabernas
Cùm bibit, ad noctem diues Acerra redit.
Vt vitam ducat sine curis, ac benè semper,
Sit diues, cur non semper Acerra bibit?

DE PROCVLO.

CVM potant inopes, omnibus affluunt
Præsto diuitijs: nullius indigent
Fortunati opera: tum sibi, tum suis
Largiri ad placitum, quod satis est, sciunt,
Sic noster Proculus tres simul ac cados
Annoso madidus deposuit mero
Quam vilis domino seruiat, haud sapit,

Dat

Dat leges populis, vrbibus imperat,
Fit magnus titulis, magnus honoribus,
Est omni subitò Rege potentior,
Sed postquàm redeunt in loca pristina
Discussis temeti membra vaporibus
Nescit quid Proculus fecerit, aut fuit,
Quàm vilis domino seruiat, hoc sapit:
Dat leges suibus, lintribus imperat.
Fit paruus titulis, paruus honoribus,
Est idem Proculus pauper, vt anteà.

IN QVENDAM CRVCIFERVM.

OB patriis egregias dotes, & splendida facta
Aurea de Malta crux tibi missa fuit.
Si tua deberent cumulari munera gesta,
Lignea furcarum crux tibi danda foret.

IN QVENDAM AGASONEM.

AVribus incultis vt Principis vxor elenchos
Suspendit propter nobile stemma suum:
Sic tibi de longo quæ pendet Stiria naso
Stiria Erythræo littore nobilior.
Styria, quæ visa lætatur amica luto sus:
Natales ornat pulcher Agaso tuos.

IN FABVLLAM.

VNde Fabulla tibi nomen dem tale rogas? quod
Fabula sis hominum, dicta Fabulla mihi es.
Ergo Fabulla magis deberes fabula dici:
Et potes & dici bulla Fabulla potes.

DE VXORE DVCENDA.

SI qua mihi Virgo contingat nubilis, esto:
Non mendica nimis, non opulenta nimis.
Par opibus, generiq; meo, par Relligioni,
Non ea pulchra nimis, non ea fœda nimis.
Sed medios habeat laudati corporis artus,
Non ea parua nimis, non ea longa nimis.
Coniugis vt seruet nullis irrisa decorem,
Non ea crassa nimis, non ea macra nimis.
Vestibus incedat mundis: at semper honestè:
Non ea compta nimis, non ea spreta nimis.
Expectet patiens & seri debita lecti
Non lasciua nimis, non pudibunda nimis.

DE DVPLICI CONIVGIO, PROSPERO ET INFOELICI.

SAEpius hæc mecum considero, quanta voluptas
Sit, dum constanter se vir & vxor amant.
Concordes animo, concordes corpore dum sunt:
Dum pax in tali floret vbique domo.

Quanta

Quanta sit econtrà crux, quamq; miserrima vita,
Dum non constanter se vir & vxor amant.
Discordes animo, discordes corpore dum sunt,
Dum lis in tali feruet vbiq; domo.

DE BLATTERA.

TOta quicquid agit luce frequenter agit
Nempè vnum propter Blattera, ne taceat.
Cur thermas intrat Blattera? ne taceat,
Cur toties ludit Blattera? ne taceat,
Cur discit cantum Blattera? ne taceat
Cum noua tot quærit Blattera? ne taceat
Cur sic mentitur Blattera? ne taceat.

IN DENTONEM.

DAS ansam mihi cùm bibis gulosè
Cur te vocibus increpem molestis,
Et præsto cubitum, tuis vtrumque
Subducam manibus Scyphiq; basim
Complectar validè, Sinanne purum
Argento calicem perire Dento?

IN VETVLAM QVANDAM.

AVsim cum Genio potiùs certare maligno
Quàm tecum rugis obsita turpis anus.
Ille potest abigi sacrato flumine, tu nec
Si demergaris cedis iniqua loco.
Crux mihi nil confert, nihil exorcismus, es ipso
Monstrum naturæ Dæmone deterius.

IN AEGLEN.

PEstis bina viros binos tibi sustulit Aegle,
Iamq; tuas ædes tertius intrat Hymen.
Qua ratione mori posses? ipsissima pestis
Quum sis, in te nil altera iuris habet.

DE MILITE ET STATVA.

CVM sacram Miles debacchar etur in ædem,
Et cuperet ferro perdere sculpta truci.
Portentosa statim concepit imago ruinam,
Vt suprema dies militis illa foret.
In caput & totos humeros delapsa, nocentem
Transtulit ad Lethes, & Phlegetontis aquas.
Ergò vel in statuis vigor est quandoq;, vel ipse
Pro statuis vltor corripit arma Deus.

IN SARTOREM QVENDAM.

PAuper es, & Sartor; scabiosus es, & pede tardus:
Luscus es, & rufus, qui bonus esse potes.

IN MVSICVM.

ABsenti quoties versus mihi Musice scribis
Plus minus insumis quattuor hebdomadis
Tam benè, tam cultè, tam largè scribis, & altè
Vt Sphynx & terat hic Oedypus ingenium.
Herculeum citius possim dissoluere nodum
Rectius ambages fallere Dedaleas.
Sed rogo te, vel scribe parum, vel scribe nihil, vel
Cum glossis versus Musice scribe tuos.

IN CORICAEVM

CVR mihi nec sapiens, nec vir Coricae videris
His qui te norunt? id tua lingua facit.

Cur sapiens alijs, & vir Coricae videris
Qui te non norunt? id tua barba facit.

IN IANVM OMNISCIVM.

ET *benè Iane canis, lepidam benè construis Odam*
Et benè fila moues, & benè flas calamos.
Et benè Iane choris indulges, & benè saltas,
Et benè Iane pilas, & benè saxa iacis.
Et benè Iane pugil decertas, & benè curris,
Et benè Iane regis frena tenacis equi.
Et benè Iane vides, vidisti Regna, Ducesq́;,
Et mores hominum, verbaq́; Iane tenes.
Et benè Iane cicatrices, & vulnera curas,
Et benè distillas, & benè Iane coquis.
Et benè te vestis, benè tondes Iane cutemq́;
Et benè Iane lauas, & benè Iane fricas.
Et benè composito stas vultu, quid magis addam?
Et benè Iane sedes, & benè Iane cubas.
Et benè Iane sales inter conuiuia narras,
Et benè Iane voras, & benè Iane bibis.
In summa facis, & scis omnia Iane, sed audi,
Qui tibi nil credit, plus benè Iane facit.

IN QVENDAM COGNOmento Schwartz.

Q*Vantumuis canos ætas tibi longa capillos*
Aduehat, & superet candida barba niuem.
Non minus ater eris, tibi nomen conuenit istud:
Cùm vitæ series tota sit atra tua.

IN CANDIDVM.

I*Ngenium præcox (hæc sunt tua Candide semper)*
Non viuit Pylios Nestoreosq́; dies.

Si verum credis, si verum Candide dicis:
Tu viues Pylios Nestoreosq; dies.

IN QVENDAM PROMOTOREM Vniuersitatis.

CVM prandere solet fame laborat,
Cùm cœnare solet, fame laborat.
O duras hominis vices: quod vna
Promotor nequeat fame perire.

IN INGENIOSVM.

PLurima legisti, sic colligo, quæq; negamus
Absona, tu ex lectis ingeniosè probas.
Dic mihi legisti, quæ pugnant cum ratione?
Quæso lege, vt poßis cum ratione loqui.

DE LVCERNO.

CVM sit multorum capitum velut Hydra Lucernus,
Cur habitus magnis est in honore viris?
Quæsitum fuerat, nescis incognitè dixi:
Monstra solent magnis grata placere viris.

IN PAVLVM.

PAule tuos nuper misisti cùm mihi versus
Misi versiculos præsto subinde meos.
Legisti, legi: risisti, risi ego: Sed tu
Risisti ingenium: risi ego stultitiam.

DE PVERO FVRE.

CVlpatus furti à Domino puer, ore negauit,
Et tamen est fassus, qualiter? erubuit.

IN IANNETTAM.

QVI cistas oculis tuas oberrat
Totius laris angulos per omnes
Te Iannetta putat, meo arbitratu
Pactolumq́; Tagumq́; poßidere.
O quàm fallitur eleganter ille,
Quàm bellè stupet asseres? habes nil
In toto lare in omnibusq́; cistis,
Præterquam pulicesq́; cimicesq́;
Vnum nescia musculum cibare.

AD EANDEM.

QVid semper digito tuas inani
Ostendis mihi capsulas, et arcas?
Recludas mihi capsulas, & arcas
Vt census videam, tuasq́; gazas,
Non magni facio asseres, sed asses.

IN FLORIDVM.

CVM tibi sit labrum, ceruixq́; simillima Tauro,
Cur herbas semper, non ego miror, edas.

IN EVNDEM.

SI pergas caules ita lactucasq́; vorare
Quotnam sufficient Floride prata tibi?

SENEX IN DERISOREM.

QVI me derides, cur viuis tempora culpes,
Tempora fecerunt, tempora cana mea.

AD PARENTEM.

 Quan.

Qvantum iustitia debent benè condita Regna,
Tantum, & plus debet nunc tibi Iustitia.
Illa quidem facit, vt tranquillè Regna regantur,
Tu verò in Regnis, cur regat illa, facis.

IN EFFIGIEM PARENTIS.

SI dotes animi ſicut cum pectore vultum
Hîc quoque ſciuiſſet pingere docta manus.
Pace mihi liceat mortales dicere veſtra,
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

DE INSIGNIIS PARENTIS.

NObile ſtemma vide, Regum diadema, patente
Cum Galea, tangit quam ſuper ala duplex,
Puniceasq́ʒ Roſas, & olentia Lilia: Patris
Hæc ſunt à proauis ſigna relicta mei.

EPITAPHIVM MATRIS PRAGAE quieſcentis per Dialogum.

QVis locus hic? Sacer & pius eſt. quo numine? Thomæ.
Quis tumulus? Matris, quæ monumenta? Patris.
Quæ patria Mater? Belgis oriunda, quid egit?.
Omnia quæ ſuperis, & placuere viro.
Non genuit Proles? Biſquinas, quot modo viuunt?
Quatuor, An cunctis maſcula forma? Tribus.
Qualiter occubuit? capitis laterisq́ʒ dolore,
Quomodo? cum magna ſpe, pietate, fide.
Cur autem? propter vitam, cur viuere ceſſat?
Ex numero voluit hanc Deus eſſe ſuo.
Sic ne iacebit humi? Rurſus victura reſurget,
Quando? Sub extremi tempora Iudicij.

AD SVAM NOVERCAM.

SI reuocare colos martis pia numina vellent,
Vt lateri staret iuncta Nouerca tuo.
Per sanctam depono fidem (nisi proderet ætas)
Fallerer in matris cognitione mea.

DE OBITV DIVI MAXIMILIANI Secundi Ro. Imp. carmen numerale annum mortis continens.

NVper Cæsar erat, nVnC est pro Cæsare pVLVIs
TaM CItò terrIgenas ParCa sInIstra rapIt.

AD SERENISSIMAM PRINCIPEM ac Dominam nostram clementissimam Dominam Mariam Diui quondam Maximiliani, II. Rom. Imp. Coniugem, Paduam aduenientem, Gratulatio Germanicæ nationis.

QVam tuus aduentus Princeps Antenoris vrbi
Cum plausu affulsit, lætitiaq; palàm,
Testantur plenè monumenta tibi edita, quamuis
Edita sint meritis inferiora tuis.
Namq; triumphales arcus, simulachra renata
Romulidum, per quæ victor habebat iter.
Aspicis & comptos pedites, grauibusq; tot annis
Heroas, prisca gentis Equestre decus.
Vt benè cornipedes frenent, calcaribus vrant:
Vt te suscipiant, & reuerenter ament.

Vt clangore tubæ, mugitibus æthera rumpant
Tympana, de validi tergore facta bouis.
Vt tonet ex altis bellatrix ærea muris
Sulphureo rapidos quæ vomit igne globos.
Vt pueri imberbes, demum innuptæq́ puellæ
Vt partes obeat fœmina, virq́ suas
Scilicet hæc magni sunt argumenta caloris
Quo tibi vult studium quisq́ probare suum.
Nos etiam patrijs à finibus aduena turba
Teutones, Aonio turba sacrata Deo.
Ne mora virtutem calet, decreuimus omnes
Hæc tibi cunctorum nomine metra dare.
Parua damus, fateor, tamen hæc grato accipe vultu
Si mentem attendas, & voluisse sat est.
Quando tuis omnis sit gratia dotibus impar
Et maiestatem par tibi nemo gerat.
Qua gentes medias cœli Septemq́ trionis
Respiciunt: ortus, Hesperiæq́ plagas.
Cæsaris es genitrix, es magni Cæsaris vxor
Regis, & inuicto Cæsare gnata, Soror.
I modo qua via te rapit, & causata voluntas,
Ipse Deus nauem ducere promptus erit.
Ipse coërcebit molles ad carbasa ventos,
Et nigra sulcandis omnia sistet aquis.
Quod superest omnes subnixè in fine rogamus
Qui sumus Imperij pars quotacunq́ sacri
Cum te fraterna sistet bonus ales in Aula
Et sinet amplexu colloquioq́ frui.
Nos fratri, generoq́ tuo, Regiq́ benigno
Commendes etiam de meliore nota.

AD VENEREM, NEPTVNVM, Castorem, & Pollucem.

SIC te diua potens Cypri
Stagnorumq́; senex arbiter omnium,
Sic te Castor, & optimus
Pollux, qui trepidant per mare remiges
Poscant in dubio statu.
Terrarum vt dominam mens stimulat patris,
Deserto Imperij iugo,
Charis pignoribus cum tumulo viri.
Primæ gentis originem
Tum fraterna procul regna reuisere.
Fortunate ratem, bonis
Cursuram auspicijs, vasta per æquora,
Seu nubes Deus increpet
Atras horrisono cum strepitu, truces
Seu turbent lachrymabilem;
Iratis animæ flatibus aëra.

IN RVDOLPHVM REGEM HVNGARIAE CARMEN NVMERALE, annum Coronationis eius continens.

AVrea præCeLLens gestabas sCeptra RVDoLphe,
PannonIæ PrInceps qVanDo CreatVs eras.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

ME captum patria discedere cogitis hostes,
Et propria virus sumere triste manu.
Non tamen expaueo: nescit mens conscia recti
Turbari, quamuis mundus, & astra ruant.
Mox aliam patriam, confido, laresq́; fauebo,
Vos aliam nunquàm Socratis effigiem.

DE EODEM.

QVI fuit in Delphis sapiens ab Apolline dictus,
Cecropia tenui natus in vrbe patre.
Vnum publicitus simul ac docuisset haberi
Numen in humanis rebus, & esse deum.
Carceris inclusus fœdis pœdoribus, hausit
Toxica: Sed priùs hæc, quàm moreretur, ait:
Quæ mihi porrigitis, non horreo pocula, Ciues,
Corporis hinc, animà nulla venena bibo.

DE LVCRETIA ROMANA.

CAsta, sed inuito Lucretia cognita stupro,
Cùm paruo nudum stringeret ense latus.
Esto fides, mihi vis quam feci non dolet, inquit:
Sed quam fecisti tu mihi Sexte dolet.

AD FLORIDIANVM.

IN patriam studijs nunc discessure peractis
Nulli dixisses, Floridiane, vale?
Et tamen vnus eram, cui nectere colla solebas,
Lucrini concha strictiùs, atque hedera.
Qui persæpè tibi comes accumbendo sinister
Dicebar radijs charior esse tuis.
Sentio nunc qualis fuerit tibi gratia mecum,
Et quam constiteris fidus in ære meo.
Hæc est illa fides iurata per astra, Deosq;?
Hæc est synceri pectoris indicium?
Accipe tu, mihi quod subtracta fronte negasti,
Do tibi, sed quali, scis puto mente, vale.

IN NOMEN CVIVSDAM CHRISTOPHERI.

CHristopherus Christum postquàm ceruice tulisset,
Inde fuit dictus nomine Christopherus.
Hoc tibi iure tuus pater indidit ipse quòd esses
Laturus Christum pectore Christophere.
Gnauiter ergò stude, ne sis Christo-ferus vnquàm,
Sed Christo verus nomine Christopherus.

IN DESERTOREM STVDIORVM.

NVnc amor, imbellesq; Lyra, somnusq;, Venusq;,
Et mentem illaqueant Salmacis vnda tuam.
Dulcibus impendis non ampliùs ocia Musis,
Nec poscis chartam, nec calamos acuis:
Nec pluteum cedis, nec rodis dentibus vngues,
Semisepulta iacet bibliotheca tua.
Quæq; reseruabas olim, dictante Magistro
Scripta, bonus Tyro sæpè legenda tibi.
Sacrasti nigris non pridem inuisa culinis,
Condimenta quibus Phyllis obesa tegat.
Ludere vis Musas trux; & cornute Beane?
Non capiet risus turba nouena tuos.
Inuidiam euitare paras virtute relicta?
Nunquàm: Dij tibi dent, inuidia careas.

AD IOHANNEM CLAMPARTS.

INdignus quod ego tui libelli
Hospes commaculem latus, genusq;,
Ac nomen generis parum celebre
Ostentem, docuit tacentis æui
Longum posteritas secuta morem.
Quin virtus tua me subinde mouit,

Vir-

Virtus, ingenium, fides, in vno
Quæ sic te dominantur, & relucent:
Magnorum veluti decentiores
Inter sceptra Ducum superba gemmæ.
Quare si mereor probate Clampart
Inscribi numero sodalitatis
Non fictæ, calamo rudi, tuo me
Inscriptum foueas benignus albo.
Vt constans ego sim, tuisq; semper
Germanus quasi frater, hoc amoris
Fraterni tibi symbolum relinquo.

ERICVS DIMMER AD ANDRE. GAILL IVNIOREM, Anno 79.

Faue mihi, faue Minerua carmini,
Faue precor, nihil nec ipse, nec mea
Thaleia possumus, fauore viuimus,
Fatemur: O quater beatus ille, qui
Valore nititur suo, faue mihi,
Faue Minerua: dum probata pectoris
Mei relinquo pignora: in meas, rogo,
Preces iube fluenter ire Iambicos:
Amicus ille noster & suæ, & sui
Parentis eruditione nobilis
Disertus Attito magis lepore Gaill
Amans mei, recipit hospitem suæ
Sodalitatis: absit inuidi nota:
Amantem amo, meorum & inter intimos
Sodalium repono: miror, & colo,
Colamq; semper & beatitudinem
Fluentis ingeni, probatam & integram
Choreæ Apollinaris elegantiam:
Ita Iupiter bonus semper me amet benè.

Ita vsque scribere ex mea libidine
Bonum detur poëma (nil beatiùs)
Et in coho rte viuere hyppocrenia.
Amoris huius, & mei fauoris hos
Ego Iambicos meos relinquo pignori.
Id ergò quicquid sit, O erudite Gaill,
Probande semper, & probate pectori
Meo, vt fidelem amoris indicem velim
Boniq; consulas & æqui: ego tuum
Fatebor esse me lubens, vt esse te
Meum puto, & putabo semper: id tuum est
Videre, credulus nimis putasse ne
Queam videri: habes amicum, habes me eum
Lubentiùs nihil, priúsve: qui velit
Quàm amare te, & tuos. Sed vt vides, parum
Fauet mihi, & meo Minerua carmini:

IN LIBRVM STEMMATIS DOMINI IOHANNIS CHRISTOPHORI Kauffman, Nobilis Austriaci.

QVAE scripsi in nitido tuo libello,
Kauffmanne ingeniose, docte, prudens,
Ornatissime, nobilis, probate:
Non æterna quidem reor futura,
Tanquàm æterna tamen futura scripsi.
Nam si corde tuum meum reponas
Nomen, quod, dubio procul, repones:
Nec blattas timeo, situmq; inertem,
Nec curo quid edax agat vetustas.
Quæ si deripiat tuum libellum,
Nostrum non rapient profectò nomen.
Quod cordi potiùs tuo reliqui,
Quàm picto, & fragili tuo libello.

DE-

DESCRIPTIO CVIVSDAM.

EST sordidi quidam parentis filius,
Adulterino nummulo
Famosior, notaq; publici rei,
Qui porticus Antenoris
Ollaribus stipatus asseclis, quater
Per singulos dies terit:
Tumentibusq; prædicat buccis suæ
Falsam domus originem.
Hic Thraso nobilis (si Dijs placet) semel
Elapsus est malum crucis
Propter manus piceas· heros enim suos
Auro totondit plurimo.
Ipsisq; signa bellici certaminis
Tormenta fulminantia:
Cristis decoras cassides, hostilibus
Adhuc tepentes cædibus
Enses: graues thoraces, optimas quoq;
Colore & arte Syntheses,
Cum pileis, cunctisq; pertinentijs
Titulo remouit improbo.
Nunc his trophæis ad modum cornicula
Comptus, superbit indies.
Nunc pinguibus frequens adest conuiuijs,
Vbi crapulis & alea
Noctes vigil dissoluat in dies,
Non ex penu domestico,
Nec annuis perceptionibus: miser
Perit domi ieiunijs,
Rerumq; sic laborat indigentia,
Vt sæpè crustas mucidi
Panis, gemens orauerit viciniam,
Quis ei teruncium daret

Pro

Pro patrimonio suo? cùm vestium
Detriuerit substantiam,
Quis amiciet pellucidas quæso nates,
Penemq; putidum nimis?
Scatet futuitor semitarius lue
Per omne corpus Gallica:
Tanquàm pediculis inops communio
Fœtoribus pater gregis.
Milésne bellicos sequetur impetus?
Imò fugacior leui
Dama, timidior est cuniculo magis.
Seruile perferet iugum?
Nec scit natare, nec bonas scit literas,
Stiuæ locabit dexteram?
Aurum profectò rectius contingere,
Quàm ligna nouit aspera.
Fidem parabit obligationibus?
Fidem dolo omnem perdidit.
Et ære nunc obstringitur tanto, statim
Animam suam quod debeat.
Ergò venustus ille stemmatis sui
Cantator, ibit tabidis
Ad Sisyphi molem lacertis, & trucum
Spectabit vrnas coniugum?
Nec tabe, nec morbo perire dignus est,
Eum manet suspendium.

EPITAPHIVM ATTYLAE.

HAEC *quicunq; legis, trepida: Schyticus iacet isthic*
Attyla, contemptor superum, & fax totius orbis.
Non acies inter mors strenua contigit illi,
Pocula Socraticum nec porrexêre venenum:
(Nam miseros vrgent extranea fata Tyrannos.)

Sed

Sed postquàm Illyricas, Italasq; subegerat vrbes,
In populos Asiæ sæuire paratus, & Aphros,
Illum deseruit Mars, & soror horrida Martis
Stertentemq; dedit Venus; & puer Euchius orco.

IN HISTRIONEM.

AN, quod sis fatuus, quod ora distrahas,
Applaudas manibus, quod actu brachia
Insano, vagus hinc & inde iactites,
Rideri melius tuas facetias,
Plenas rusticitate, non leporibus
Insulsas (vel vt est) putas ineptias?
In circo populus videtur Histrio
Verborum strepitus, qualesq; nescio
Mirari: populum nugator allicis.)
Nos qui ridiculi nil à te vidimus
Quàm te ridiculum: tuam, tuam miser
Ridemus faciem, sed non facetias.

IN QVENDAM.

QVID contra Nasum Calophanta poëmata scribis?
Quid fecit Monachi larga cuculla tibi?
Nil facit ille tuæ linguæ pus, atque venenum,
Nil in Cretenses verba coacta pedes.
Nasum habet, & contra te nasum, denique contra
Omnes, qui nasum Rhinocerotis habent.
Muccum habet in naso tam grandem, tamq; benignum,
Vt complere tibi poßit vtrasq; manus.
Certè ni scombris scelerata poëmata dones,
Rem tibi cum mucco vindice, iuro, fore.

DE GALLA.

1.

FVsca sedet totis in limine Galla diebus,
Lanea solerti pollice fila trahens.
Quosuis arridet iuuenes, & carmine mulcet:
Sed nemo risus, carmina nemo probat.
Vesticipum quot habet schola publica, nemo virorum
Arrigit, vsque adeò saxea corda gerunt.
Ah miseresco suo peritura virginis igne,
Quæ gratis postquàm vult dare, spreta iacet.
Vt fleat, admoneo Gallam, vel rideat vni:
Nulli aliter poterit Galla placere viro.

IN CAECILIANAM.

CVM facies tibi sit iactanti Cæciliana,
Et corpus, quod non vna li[illegible]ra notat: tu
Vtere virginibus pupis, simulachraq́; lude
Coniugij, ad primas innuba vade nuces,
Non potes in cœtu muliebri digna sedere,
Nullibi tam purum fœmina corpus habet.

IN PVELLAM INEXORABILEM.

NON mihi docta pedes finxit natura caninos,
Induit in pennas, nec mea membra leues.
Ipse tamen citiùs leporem currendo lacessam,
Et volucres humeris alta per astra sequar.
Quam te per casti venerabile numen amoris,
Oratam toties in mea vota traham.
Tantum in te virtutis inest, tantum pietatis,
Quantum habet ignis aquæ, quantum habet vnda foci.

DE PANTOLABO VATE.

PAntolabus rerum successus præuidet omnes,
Cum futuri temporis exitu.
Et velut Astrologi causatur sydera, quorum
Somnijs dat credula plebs fidem.
Quantumuis alios scit falli, haud fallitur ipse,
Hanc sibi vult esse scientiam.
Ridebam, nuper venturi signa notabat
Imbris, & lux candida fulserat.
Omnium. sed vera sibi prædicere cœpit,
Ecce, Vates cùm peteret domum.
Desilijt sponda raptim, qui coniugis illò
Iupiter puncto pluit in sinum.

LAMENTATIO CANIS, CVM AD MORTEM RAPERETUR.

PAruus ego ingenua specie, et probitate Catellus
Natus, & Euganea notus in vrbe benè:
Sub domina vixi sospes meretrice tot annis
Illius edoctus lambere crura, manus,
Obseruare vagis custos latratibus ædes,
Furaces sapido pellere ab igne catos.
Nunc quia me scabies, & conficit ægra senectus:
Quæ sinit humani nil superesse diu,
Victima Neptuni spumantis raptor ad aras,
Atque mea gaudet de cute treßis homo.
Sed tolerare iuuat: vixi, patriamq; repleui
Prolibus, & longa posteritate canum.
E quibus ante alios vultu Narcissus amico,
Ante pedes dominæ statq;, salitq; meæ.
Hic in muneribus patri succedat ademptis,
Et pergat stirpem non abolere suam.

Et si terra mihi tumulum negat, vnda relinquit;
Vixi hominum: vado nunc canis esse Deum.

DE CALVMNIATORE.

ME quidem malè feriatus, atro
Circumfert hominum per ora succo:
Et spargit nebulas, meis vbique
Turpes nominibus: studetq; falsa
Quantumcunque potest, nocere lingua.
Iam pridem dubius voluto mecum,
Quædem præmia digna flagrioni,
Quo mendax semel obstruam labellum,
Tollam cornua, qualia in Lycamben
Contorsit socerum poëta? vel sic
Contundam digitis meis scelestum,
Vt pistor Cererem mola: tacebo.
Sorti vaniloquum suæ relinquam.
Quis sit, quo patre natus, vnde, cunctis
Lippis incaluit. sciunt bibaces
Tonstrinæ, & tribades, & exoleti.

DE QVODAM MATHONE.

INstar frendet apri Matho, peritos
Si quando in Medicos detorquet ora,
Palloremq; trahit, velut niuali
Exanguis vetulæ sub axe bucca.
Tantum vult sapiens, & ipse tantum
Primas Hippocratis tenere partes,
Qui fœdæ vbera Tygridis propè hausit,
Montes Armeniæ, aureúmve Gangen
Vt per sorbitiunculas, per herbas,

Clysteres, pilulas, tot inferorum
In tristes ageret domos cacantes,
Quot non improbus hospites Lycaon,
Cum Busyride sustulit Tyranno.
Quot nec Deucalion, sororq; coniunx
Aspexit sub aquis natare manes.
Cùm terras quateret tridente Nereus.
Quot nec denique perdidit superni
Indoctus Phaëton, magister ignis,
Disruptis quatuor iugerum habenis.
Huic cedant igitur, rogamus, omnes
Si qui pæonijs eunt ad agros.
Præceptis madidi: repentè cedant,
Primas Latro potest habere partes.

DE EODEM AD PARENTEM.

QVouis sanguinolentior latrone,
Pyrata, Siculo Tyranno & hoste:
Confictis perimit Matho receptis
Languentes animas, easq; longa
Vexari patitur mora dolorum,
Quam laxis sinat euolare portis.
Cùm multò breuiùs daret cicutam,
Qualis Cecropium Sophum necauit.
Vel quæ terribiles coquunt Nouercæ
Priuignis aconita. Vim suorum
Trux sed vult medicaminum experiri:
Et tentare vias latentiores
Plectendi miseros. Scientia hæc est?
Imò carnificina, Clinicorum
Pars casu bona, non medetur arte,
Quisq; impunè replet Scapham Charontis,

Ergò

Ergò filius ille natus albæ
Gallinæ, & nimium beatus est, quem
Nullius Medici propè afflat aura.
Nobis te incolumem diu reseruet
Clemens ætherei manus Tonantis.
Nam dilecte pater semel cubantem,
Si te viderit hic Matho, peristi.

AD CANTOREM.

CAntica præsenti per me conclusa libello,
Sunt animo facili tempore facta breui.
Cùm licuit studijs aliquando vacare seueris,
Et Phœbo requiem Phœbigenisq; dare.
In benè fundata Troiani Antenoris vrbe,
Quæ modò fert celeri nomen ab amne Pado.
Si quid habent artis, si quid dulcedinis in se,
Naturæ acceptum iudicioq; fero.
Pauca mihi, (fateor) præcepta dedere Magistri
Musica, nam turba est inuidiosa nimis.
Arte noua finxi, tamen haud digressus ab arte,
Quam Symphoniacus debet habere bonus.
Tu, quicunque canes, nostri non immemor esto;
Sic tibi fortè breui tempore plura dabo.

Padua discessurus, Carmen imperfectum.

CVm me sors iubeat Patauina relinquere tecta,
Et patriæ dulces visere rursus agros.
Extremum vobis quotquot superestis amici,
Hoc Symphoniaco carmine dico Vale.

AD LECTOREM.

MIraris quæso? defuncti posthuma gnati
Nobile quod patris metra sequatur opus?
Illa, sibi ipse grauis solatia maxima luctus,
Nobis ingenij pignora certa, dedit.
Vt, quem fatalis diuulserat hora, parentis
Redderet hunc lateri pagina docta sui.
Id virtute sua, diuinaq; indole mentis
Palladij emeruit viuus athleta chori.
Cuius dum primam lassabat puluere vitam,
Pandoræ cœpit munera tanta penu:
Vt, lyra quod Flacco, tragicus Sophocliq; cothurnus,
Atque Andine tibi Martia castra Maro:
Hoc deberet ei res tota poëtica, docta
Pulsataq; manu Musica dia chelis.
Qui siue argutis mulceret cantibus aures,
Harmonicosq; sua iungeret arte sonos.
Aut etiam salibus misceret seria blandis,
Iam Cato, iam lepida fronte Catullus erat.
Nec contentus ea Phœbea fronde corona,
Quæsijt Astrea ciuica serta scholis.
Hoc studio patris vestigia recta secutus,
Ceu Labyrinteis Thesia fila strophis.
Hinc cùm responsis dubijs cortina sileret,
Responsum legum, iuraq; certa dedit.
Consultor factus Phœbi, consultus honesti
Iuris, amor Charitum, Thespiadumq; decus.
Dignus inoffensæ, qui sæcula cana senectæ,
Vixisset Pylias, Nestoreosq; dies.
Ast, cùm ceu læta gliscebat flosculus aura,
Vere nouo pandunt lilia odora caput.
Sic summi ingenij primos spirabat odores,
Inuidit tantùm mors truculenta bonum.

Viq;

Vitáq; sua fragili vitæ compage soluta,
Condidit exiguo membra sepulta rogo.
Quare plorata cingaris Apollo cupresso,
Et Musæ fletus imbre rigate genas.
Heu magnam vobis communem flete ruinam,
Phœbe chelis, metri Musa, Themisq; fori.

Carmen numerale, habens Annum, Mensem, & Diem obitus.

CVM SoL AprILI bIs senos ConfICIt orbes,
FLoreræVens VIta GAILL sua fata sVbIt.

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC TRACTATV DE ARRESTIS IMPERII, CONTINENTVR.

Prior numerus num. margin. alter paginam denotat.

Banniri

Cautio

Decre-

Diuer-

Iniu-

Leges

Obli-

Rela-

FINIS.

